ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE

A-V
83 c

A-5
83 c

CHARTREUSE d'ERFURT

Mont-Saint-Sauveur

(PROVINCE D'ALLEMAGNE INFÉRIEURE)

Chroniques par ARNOLDI & LOTLEY

Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN

+

J. M. J.

Nova collectio

Chronica clarissimæ olim

Cartusiæ Montis Sancti Salvatoris

propè Erfordiam,

celeberrimam totius Thuringiæ

Metropolim, collecta anno 1610

studio et labore Fr. Joannis

Arnoldi ejusdem domûs

professi.–

Nota. — Cette chronique de D. Iean Arnoldi est conservée à la bibliothèque d. Erfurt. — Une copie en a été faite en 1892 pour la grande Chartreuse par un paléographe. — C'est cette copie que j'ai transcrite. — Les chiffres en rouge dans la marge indiquent les folio du manuscrit original. La signe × indiquera le commencement de chaque page.

Valsainte 7 Juin 1896.

P. Pal. B.

f. 2. Quinquennium pene effluxit Venerande in christo Pater clarissime pater Jacobe Bilag, quando primum, novum hanc clarissimae olim domus nostrae Montis Stī Sabatoris Chronicae compilationem animo molīri coepi. Ea intentione, ut quae in vetustis ac veteranis quadripartitis Chronicis confuse promiscue de primis initiis domus ac Patrum, nostrorum, praedecessorum, praeclare gestis, rescatis tamen passim non necessariis et inutilibus, ac novis insuper ac recentioribus, quae investigari potuissent, additis, scriptis mandata invenirentur, quoadusque possibile in ordinem, accuratam, quandam temporum simul digesta collectaque nova conscriptione Chronicae posteritati transmitterem. Transmisissemque debito profecto jam pridem, nisi quorundam dehortationibus ab incepto invitus magis, quam voluntarie desistere coactus fuissem. Sed speremus an juste potius alteriusve relinquo judicio. Hoc tantum, in praesentiarum dixerim, quam aegre me cogitatione quidem de labore hoc postliminio resumendo animum meum amplius sollicitare ausus fuissem unquam; tua pro ingenita tibi et probe insita erga Patres et Praedecessores nostros gratitudine et affectu, quae nulli in eorum lucubrationibus ex tenebris eruendis tum ablatis et tineis pascendis corrodi incipientibus, nova descriptione defendendis, tum etiam dispersis in ordinem redigendis, dum unquam nulli non parum laborī ac sudorī, mihi quoque in parte hac, tibi licet longe inferiori nedicam quicquam condonandum, sed usque eo pigrum ac desidem defatigandum putaste, donec tandem tuis assiduis cohortationibus quasi acrioribus quibusdam stimulis agitatum, undejam pridem animum remiseram, invitum, morem tamen vel sero gerentem, retraxisses: Nec tua te fefellit plane confrater Karissime opinio; nec eras enim fatuus, qui dixit:

Gutta cavat lapidem, non vi, sed saepe cadendo

quam circa me artem optime calere visus es. Quale licet minime insciis esse possim denuo affuturos, qui studium hoc meum quale quale cumque ate tamen fraterne persuasum aut non sint probaturi aut me saltem de temporis minus utili expensione sint taxaturi, tua tamen potius obsequii voluntī desiderio, quam refragandi monitioni. Ut scio equidem, scio, me latet

latet tutum, illud. Omnibus in omnibus neminem adhuc placuisse unum.
Quin ignoro nec illud, quod celebris recinit poeta:

Nunc placet, nunc claro Jupiter ether fulget.

p. 3. In nomine ter Sanctissimæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti

Incipit Chronica novæ Cartusiæ Montis Ste Salvatoris Erfordiæ.–

Est inter Hassiam et Thuringiam, ditio Archiepiscopi Moguntini subjecta, quæ vel a veteribus quercetis Eichsfeldia, vel a gelu et frigore Eisfeldia dicitur. In hac regione Mons et præcelsus arcis religione et miraculorum gloria insignis, imo circiter miliario ab Hassiæ oppido Ichweæ, in ejus vertice augustam, vix itur templum, Sancto Salvatori sacrum. Quem, veteres ob crebras et mirificas spiritalationem, variarum in morbis, vulneribus, dan-
x–dicationibus aliisque diversis difficultatibus x divinitus concessas operationes Auxilii, seu Adjutorii dixerunt montem, vernacula Sanct-Gehülffensberg. Ad hunc ergo montem, cum quod annis maximus fieret ob prædicta divinitus illic increbrescentia miracula concursus hominum, oblationesque et dona, quæ larga et pia in Deum manus illuc peregrinantium, turba obtulerat; in dies accrescerent in tres divisæ fuerunt partes. Ut una, et primam quidem partem, qui in propinquo habitabant et locum, ab injuriis et depredationibus impiorum defendebant, acciperent nobiles. Alteram, quæ divinas inibi divinoque cultui devote personabant laudes, moniales, Tertia vero in usus, et utilitatem cederet, qui illic sacra curabat, sacerdotis. Quo circa qui anno ejusdem sæculi millesimo trecentesimo septuagesimo et sequentibus hujus Ecclesiæ curam agebat, maximis inde auctus divitiis; cum, ad extrema vicium, jam universa carnis ingressus diem esset: Amico suo Hermanno et honorabili Domino Joanni ortonis Ecclesiæ tunc Herbipolensis præposito, viro pio negotium testamento dedit, ut in Dei honorem animæque suæ subsidium, illas ipse conferret, fundet hic, et statis sic in Domino succumbit ille.

p. 4. Volvitur interea a Christi gratiosa nativitate supra millesimum trecente-
simum

simum septuagesimus secundus, cum ecce proditus admonitus Reverendus et
preenobilis dominus Joannes Ortholfi de Boymelberg prope Eschwege in Hassia
Reverendissimi Archiepiscopi Moguntini provisor et Prepositus ecclesie Derlan-
ensis (quod in Hasalga olim translata fuit) fidei et professionis sue minime
immemor, sanctissimi et gloriosi admodum opinionis et sanctitatis Ordinis
sacri cartusiensis odore suavitatis ejus (quem per ea tempora, licet in terra
esset horroris et vaste solitudinis per diversa mundi climata longe lateque
miserice diffundebat) flama sanctitatis excitus provocatusque (divina pro-
sus instigante, ut mox ex sequentibus apparebit luculentior, benignitate)
animum adjicere cepit, pro nova apud insignem Thuringie metropolim
Erfordiam scilicet prefati Ordinis Cartusiensis erigenda excitandaque domo
insigni. Quapropter tam suarum, quam supra memorate Hebani (sub
testamento sibi creditarum) diligenti et accurata facta computatione facul-
tatum; protinus Archiepiscopum Moguntinum Joannem hujus nostrinis
primum, prelicentia obtenta, humillime interpellavit, impetravitque.
Ab ut deinde Erfordiam, a Senatu ibidem, locum in ejusdem urbis confinio
proposito suo competentem petiturus, Senatus autem quatenus erat prude-
tia et fidelitate in Deum, tanti viri petitione animadversa et probe intel-
lecta: perhabita matura deliberatione locum eligendi proposito congru-
um, eidem liberam fecit potestatem. Quare plurimum gavisus provi-
dum quendam, ac prudentem virum de Melchendorff ditionis Moguntin-
ensis evocatum, in prepositum et architectum, seu magistrum totius fa-
brice prefecit, eumque ad locum negotia presenti aptiori, ad inquiren-
dum emisit. Qui statim a facie ejus digressus mandata sollicitius
expletures, pervenit primum, ad locum qui vernacula lingua dicitur
auff der Kuhewelde. Inde abiit in Hochain. At quia utrumque hic
locus angustior esse, quam nova exposceret structura, videbatur, inde
quoque pedem referens, in eam (que vulgari nomine nominabatur
auff der Wolffswelde) planitiem contemplandam, devenit; sedem quoque
accuratius inspecta, cum eandem officiorum, ibidem construendorum,
necessitati minime sufficientem, immo longe inferiorem, structuramque

sive

sive arctiorem, advertisset, animo et cogitatione turbatus est valde. Dum
f. 5. itaque cum sic consiliis pariter inops, et ædificandi difficultate territus
Angelus hæsisset: ecce tibi illico quidam coelo delapsus adolescens forma spe-
apparet. ciosus, vultu floridus, ac totus decorus ei astitit dicens: Domine Henrice
pro qua re sollicitamini? conversus ille, tam inopinatum simul juve-
nis prosecutionem, ac venustatem admirans ac stupens, respondit: Domi-
nus Ortonis Prepositus misit me ad considerandum locum pro eleganti
Monasterio Ordinis Cartusiensis construendo, quod ipse exstruere intendit.
Hac ego de causa sollicitus sum, considerando utrum locus sufficiat
Cartusiæ commode hic ædificandæ. Cui adolescens: Ne solliciteris,
locus enim, pro exstruendo monasterio aptus et satis amplus spatiosusque
est. Tu tantum incipe et perfice. Atque hæc quidem ita juvenis locutus
est. Henricus autem oculos demum ad plenioren loci examinationem
direxerat: sed cum post pusillum animum mentemque in pulchræ-
mi juvenis specie contemplanda, liberius recreaturus respicere: cum-
dem, subito disparuisse advertit. Unde postea frequenter affirmare
× solitus fuerat prædictus architectus, ea jam dictum, pulchritudine
et elegantia existisse juvenem, ut alteris libenter oculi jam astuare,
subire vellet, si iterato cum semel duntaxat conspicari daretur.
Quocirca admiratione summa simul et gaudio delibutus ad Dominum
suum, a quo fuerat emissus properiter est reversus: et quæ sibi contigis-
sent, per ordinem cuncta enarravit. Unde Dominus Joannes Ortonis
Deo intelligens intentionem, ac propositum suum probari, ipsi impri-
gratias egit, deinde vero ejusdem auxilio opprime fretus et
sancto mistica exhilaratus in hac fere verba prorupit. Neminem
dubium gloriosum hunc adolescentem Angelum Domini extitisse, qui
in sancto opere et Dei voluntatem, et loci opportunitatem, nobis
nunciaret. Itaque incipiamus et ædificemus. Ne parte mea nihil
deerit sed in sumptus structuræ pecuniæ vim satis afferam copiosam,
quin et de annuis proventibus eidem sufficienter provideo. Dixit et
extemplo corporeliter tum ac viribus est infirmus ac ægre; jam tamen

tamen jubens currum, eoque consenso ad locum a Deo delectum tanquam alter David ad aram Arcunæ Jebusæi advolat, ac locum illius juri subjectum, pretio numerato in Dei servitium liberum constituit. Deo videlicet de sua magis quam aliena oblationem facturus substantia. f. 6 × Sicut enim scriptum esse: Honora Dominum de tua substantia.

Anno igitur circa festum Stⁱ Gregorii Papæ supradicto millesimo trecentesimo septuagesimo secundo (1372) ædificare inchoans, divina singulariter favente et ferente opem, manu ac promovente dedicatio ecclesiæ opus, Ecclesiam, murum, lapideum, monasterii terminos includendum, in agro, cellas, refectorium, cellaria, minus majusque claustrum, cum cæteris requisitis ædificiis, ea celeritate et dexteritate exstruxit ut intra triennium haud integre elapsum, supremam operi imposuerit manum.

Cellarum tamen et utriusque Galileæ structuram non de lapidibus, sed ligneis parietibus viminibus intexit, ac luto linitis excitavit; quæ successu temporis tamen, ut infra patebit, de lapidibus exstructa est.

Porro postea quam capitulo generali Cisterciensi Domini Joannis Ortonis pro propagatione ac dilatatione Ordinis innotuit: priores duos Ordinis Dominum videlicet Joannem priorem Cartusiæ Moguntiæ et D. Henricum priorem in Grunau quam primum ad eum commissarios Ordinis destinavit; qui domum recenter exstructam a Fundatore susciperent, × illucque personas Ordinis transmitterent. Dominus autem Joannes Ortonis eorum adventu gavisus, postquam honorifice eos ac comiter hospitio excepit salutavitque, domum eis cum trigintæ millibus florenorum (cetera non omnia in paratis) assignavit. Prædicti vero Patres priores ut jussi fuerant, domum cum dote de manu Fundatoris suscipientes, illico de domo Novæ cellæ in Grunau quatuor transmiserunt patres sacerdotes. Quorum hæc fuerunt nomina: Primus D. Henricus Rockell Rector et primus prior, secundus D. Bertholdus de Sue vicarius, tertius D. Conradus de Uffingen procurator et quartus D. Hermannus senior

statuerat

statutarius et sacrista. Hi ergo primi domus nostrae recenter exstructae fuerunt incolae ac Rectores. Ipsa autem, domus inquam, haec nostra, nov iter construcla, anno saeculi millesimo trecentesimo septuagesimo quarto (1374) incorporata est ordini glorioso ac speciosi simul Mortis Ste Salvatoris a generali capitulo, suggerente videlicet ac petente domino Fundatore, a monte et templo, unde supra saepius Chronica exorsus sum, unanimi Patrum assensu, titulo ac nomine est insignita. Quam obrem, saeculi anno ejusdem, millesimo trecentesimo septuagesimo quinto (1375) in Dominica Judica, Ecclesia ales que sollemnitate tamen et cantu, propter interdicti censuram (qua tunc icti fuerunt Exsordienses) consecrata dedicataque fuit. Ejus autem dies anniversaria in Dominicam, post festum Sanctorum Martyrum Vincentii et Sociorum ejus proxima sequentem, certis ac justis de causis (quae die etiam nunc peragitur) fuit translata. Atque ex illa die divinus cultus primum captus ad hanc nostra usque tempora constantissime perduravit. Porro Fundator aetate ac senio, quod vel ipsum solum morbus est, et afflictio spiritus maxima, licet ex et confectus, ac continuis fodagrae divexaretur doloribus, nihil tamen de priori studio benefaciendi domui praetermisit; sed exiguo quo supervixit tempore, tanquam pius et sollicitus in filium parens, infatigabiliter eidem non minus in annuis proventibus quam aliis necessariis utilibus que providere et consulere elaboravit. Inter caetera namque, ut panca e pluribus referam, domum nostram toto itinere Herbipolim versus, ab omni vectigali actributo, si quando vina inde aut alia necessaria transferenda forent, liberam immunemque fecit. Decretales insuper praeclarissimas, missale, et lasionalia aliquot domui dono obtulit. Eleemosinam etiam in die anniversaria famulis sua nomine Hesienses perpetuis temporibus duraturam, largam, instituit: quae tamen successu temporis, ut suo loco patebit, auctoritate ejusdem Provisoris Moguntinensis est mutata. Cum et testamento alias Patribus nostris 5 aureos coquos reliquit pecuniam,

pro

pro hospitali in oppido Aldendorff condendo, aut alibi in alios pios usus
convertendam. Quod factum plus culis infra dicetur. Verumtamen
anno vertente septuagesimo supra milles imum, trecentesimum sexto
(1376), morbo in dies magis magisque ingravescente, pius Pater
et consolator pauperum, plenus dierum, et operibus bonis, in oppido
Arnstält non amplius duobus lapidibus ab urbe remoto, idibus
Julii vitam cum morte commutans piam animam efflavit,
et ad perennia colorum gaudia transmigravit. Corpus ejus inde trans-
latum in Ecclesia nostra ante gradus majoris altaris, ubi etiamnum
ejus existat sepulchrum, devota terra mandarunt. Agitur ejus
memoria quater in anno, ut videre est in calendario domûs. Obiit
etiam hoc eodem anno in oppido Aldendorff cognatus ejus Dominus
Henricus Geilerus civis ibidem, rector vineae admodum virtutis.
f.8. Ob cujus praeclara de Republica merita et insignem stemmatis nobi-
litatem, longo post tempore iidem cives mirum in modum sibi gratu-
lati sunt: quia Dominum Wedekindum Geilerum, praefati Domini
Henrici filium, habebant plebanum. Isti Geilerenses pluribus in
locis calendarii domus nostrae Albo perpetuis anniversariis inscripti visuntur. Porro quod silentio involvere nefas duco venerabilis
pater D. Joannes Prior Moguntinus et visitator Rheni ad domum
hanc, ut supra memini, cum Priore in Grunau missus commissarius
sub eodem commissionis die, clausit extremum, et sepultus est
infra eadem patris Prioris in choro monachorum, cujus manibus et om-
nium fidelium Deus propitietur in regione vivorum. Amen.

Haec sunt fere, quae ex antiquis quadripartitis chronicis sparsim
de primis initiis, atque ut ita dicam, cunabulis et incrementis domus
nostrae scriptis tradita, eruere potui. Quae iis quantum licuit in
ordinem redactis accessuram quandam temporum. Quod superest stylum
ac studium convertam nunc ad ea quae sequuntur. Quo autem id
facilius commodius que praestare valeam, singula quaque acta Patrum
et scripta mandare. In certas mihi subdividenda videntur ordines, sive
cathal.

cathalogos. Hac ratione ut in priori quidem ordine ac indice comprehenderem, ac recenserem legitimam, Priorum, domus successionem, tempus institutionis, deinde breviter, quo ad fieri potuerit, servato ordine temporum, attingerem etiam, quae sub cujuslibet regimine specialiter acsigillatim gesta aut contigisse extarent.

In secundo autem, omnes quotquot ab initio usque in presens fuerunt domus hujus nostrae professi Patres et fratres, ac, quo ad ordinem, ac religionem venerunt receptique sunt ordine recenserem; quibus tamen, ut merito annumerandi, sic juste adjungerem, hospites officiales. Alios vero alii et speciali studio reservarem ordini, ita ut pro diversitate personarum, ordinis diversis etiam, easdem assignarem et completerem ordinibus. In quibus eandem, prorsus dispositionem, modum, ac ordinem, tenerem, procedendi. Hoc benevole lector pro aliquali tui instructione breviter premonenda putavi. —

f. 9.

Series seu Index sive legitima Successio omnium Domûs hujus aliquando Priorum.

Primus. — D. Henricus Röckel. — (1373–1380.)

Fuit venerabilis Pater, ut supra annotatum, fuit, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tertio (1373) per commissarios Ordinis pro susceptione Domûs nostrae recenter extructae, a capitulo generali allegatus, cum aliis tribus Novae urbis in Brennaw professis sacerdotibus ex obedientia huc translatus. Atque per easdem commissarios institutus in receptione Domûs in Rectorem, postea autem, auctoritate capituli generalis in dictae Domûs nostrae incorporatione, declaratus primus ejusdem Prior. Vir non tam conversatione et morum maturitate exemplaris, quam rerum gerendarum prudentia et pietate insignis, extant autem ejus praeclare gesta, et omni nostrae prosperitati beneficia mille ejus exantlati labores, quibus pro domus nostrae in utroque statu dum incremento tum maxime annuis procurandis proventibus ac censibus insudavit. Ejus modi sunt sexaginta marcae argenti reemptae, Erfordenses, quadraginta marcae in oppido Muhlhausen; et centum marcae in Nordlingen praeter alia plurima quae brevitatis studio silentio involventur.

Hic idem nb anno regiminis sui quinto vel circiter de unanimi Patrum consensu quartam partem omnium bonorum et facultatum domus, tam in pecuniis, agris, quam in censibus, libris et aliis annuis proventibus profundatione domus Dn. 5tae Elisabeth. Stae Elisabeth apud Renacum obtulit assignavitque. His iterum adjunxit pecuniam de qua supra, satis copiosam marcarum minimum ducentarum, pro memoria domini fundatoris (quam testamento pro Kenodochio construendo, aut aliter in pios usus convertendam, post mortem reliquit) N.B. Hac tamen conditione, ut in casu quo domus ista destrueretur, ejusdem exinde facultates et denique omnes tam mobiles quam immobiles in corpora rentarum domui huic nostrae propriae Erfordiam: prout de super etiam confectae testantur litterae.

Porro septimo administrationis suae anno dictus D. Henricus Prior optime f. 100x de domo nostra meritus cum magno filiorum suorum, quos jam Christo genuerat, luctu hinc advocatus ad domum cellae Mariae apud Norimbergam Dn. Cellae Mariae. recenter extructam, missus est regendam, ubi tandem etiam, post plurimos exhaustos laborum poculi fine consummatus obdormivit in Domino.

9us. — D. Conradus de Rinckleben. — (1380–1380)

Iste D. Conradus vir non minus doctrina quam vitae probitate ac morum honestate clarus vigesimus septimus domus filius, et ante conversionem suam Ecclesiae Stae Joannis Erfordiae et aliarum summa cum laude et fructu animarum perfunctus cura et officio, Anno ejus saeculi 1380 post translationem D. Henrici primi Prioris Norimbergam, eidem canonica subrogatus est in Priorem: Attamen cum non amplius diem tertio anno prosperitatis in humanis esse desiit.

3us. — D. Hermannus Wolfhagen. — (1380–

Hic D. Hermannus decimus quintus domus filius eodem anno quo praedecessor x ejus morti occubuit, ex Priore domus propr. Renacum legitima patrum electione in Priorem, hujus domus electus est, vir profecto ejus religioso animi cum candore ipsa mater virtutum pugnare videretur. Marcas de quibus supra in gestis primi Prioris mentionem feci, ipse reposcit et accepit, ac eis dein census perpetuos cum aliis allodiis in duabus pagis Walschleben et Gebesche comparatos domui perpetuo incorporavit; verumtamen infeliciter magis

magis quam prospere, et domus emolumento; census etenim illi ab hominibus utique pauperibus et qui solvendo vix fuerant difficillime colligebantur. Alla-
-dia item haud meliori fortuna et domus fructu multo tempore propriis
expensis culta sunt atque utinam non etiam animarum.

Anno autem ejusdem millesimo trecentesimo octogesimo octavo (1388), 10° calendis Decembris, ad domum nostram diversit ex
Cardinalis itinere Reverendissimus Dominus Philippus de Alencone Cardinalis Philippus et Episcopus Ostiensis apostolicae Sedis Legatus, quem dictus D. Herman-
-nus comitor excepit cum collatione. Benedictus qui venit in nomine Domini &c.. Cui Cardinalis apposite et pulchre respondit. In medio Eccle-
-sie aperuit os ejus. Hectant ejus praeclara et nulla unquam meritoj ullaque oblivione delenda in domum nostram collata beneficia fusius in calendario ecclesiastico retro veteri descripta. Quibus pauca hoc
f. 11. exscripsisse hic sufficiat.[x] Quamdiu enim Eporediae moratus fuit domum nostram valde glorificavit et ordinem, tam tum praesentia sua regali, quam
donis et spiritualibus et corporalibus plurimis, praeter alia vero quae notanda veniunt et quod domui nostrae parochiam in villa Prenbach incorporavit. Emptiones et earum contractus cum Abbate St. Petri et Lor-
-tensis monasterii, super bonis in Walschleben-Brempach, et obligam majore approbans pro nobis auctoritate plenaria confirmavit. Aream a parte occidentali muro domus conjunctam, den hinder oder Acker-
-hoff ubi jam stabula equorum erant, a censatu, quod vix speravi potuerat, impetravit. Laudem, post alia summae demissionis et bene-
-volentiae signa fratribus et domui procurata ducentos florenos superim-
-pendit.

Quocirca Prior cum toto conventu mirifice gaviscus Deo imprimis, qui locum hunc initio quidem Majestatis suae placitum angelico me-
-diante ministerio designasset, nunc vero eundem servi sui fidelis interventu dilatasset et gratiae ejus locum quem circumquaque muro cingens, pervio imprimis, quod transitum praeberet, granario, ibidem a plaga meridiana pistrinum et braxatorium aedificavit: a plaga autem septem-

septentrionali et occidentali Habula equorum, horrea pro fœno et stramine cubilia[x] item servorum et alia hujusmodi, quæ omnia prius intra tam strictum spatium locari minime poterant.

Dictus etiam Cardinalis aliquando Priorem dixit non satis intelligi: Non verecundaris tu transire barbatus ut latro in silva? Atque ex illo tempore et deinceps rasura, quæ singulis mensibus contingebat fieri, quarto decimo quoque die fiebat. Iuxta Priorem pro modica culpa reum, se apud ipsum Cardinalem proclamantem, Cardinalis pugno manus suæ verberans, Priorem absolvit dicens: Absolvo te auctoritate qua fungor etc... Suis civitatibus etiam conventualibus ex eo, et quo cæteris quantum vesperæ pro collatione licuerat alicui sumere respondit: quanto minus, tanto melius jejunabis. Affirmans strictissimam observantiam, optimam jejunii esse.

Hoc eodem D. Hermanno domum moderante, D. Joannes de Hagia filius hujus domûs successive quatuor in capite ordinis existentes domos, scilicet in Lubeca, in Rostock, in Pomerania et in Hildesheim, hanc tamen posteriorem in capite D. Henricus de Eschede item domus nostræ filius. Cui absoluto ibidem dictus Joannes de Hagia in Priorate successit, et ex hac nostra domo monachis a cardinalibus assumptis instituit domum in Rostock[+] et deas reliquas. D. vero Hermannus approximante tempore, quo ex hac valle miseriarum transiret ad requiem, febri correptus, feliciter exstinctus est. —

f. 12.

4us. — D. Joannes Spangenberg. — (

Filius sanctus professus almæ domus nostræ vigesimus primus, multo tempore vicarius et auctor collationis habitæ in adventu Cardinalis; de qua in actis prædecessoris. Cui ipse vita defuncto canonice celebrata electione subrogatus, officium Prioris subire compulsus est. Qui tandem munere suo præclare et summa cum laude et domus in utroque statu emolumento et fructu præsumptus, carnis debitum solvens cælestes penetravit.

5us.— D. Sifridus Rorbocke.—

Hic D. Sifridus p. m. p. Joanne rebus humanis exempto, tertius decimus domûs hujus filius legitimo Patrum electione quintus in ordine Prior electus est. Vir bonus ac frugi, et in administranda domo x sedulus. Turrim Ecclesiæ majoris grandi labore et sumptuose erexit quam capro circumquaque affabre inclusam, contra injurias pluviarum, perpetuæ sedulitatis suæ monumentum, posteris reliquit. Ipse vero multis pro domus utilitatibus susceptis laboribus, Deo vocante spiritum reddidit anno millesimo trecentesimo (sic) (1300)

6us.— D. Alfardus de Hollandia.— (1400–14

Iste D. Alfardus verus amator fratrum, morum, vir admodum frugi ac benignus et in re domestica curanda summe dexter, Sifrido missa-cubeignes et in re domestica curanda summe dexter, Sifrido missa-tus est. Qui alienus licet filius et professus esset domûs; filialem tamen prorsus ad hanc nostram gessit (sic) voluitque affectum. Ad eo ut domum alienis onere aeris prægravatam, brevi reddiderit exoneratam. Ipse diurnitus debitis nonnullis concessit vestes. Sermones in capitulo diebus statutis habuit bonos et simplices; tamen ædificatorias etsi minime concionas sanctas (as) solemnes, post matutinas laudes decantatas summopere capiendum suadebat; affirmans quantum etsi doctatas summopere capiendum suadebat; affirmans quantum etsi doctrinæ non valeamus, membra tamen lassa et vires debilitatas instaura-mus non valeamus, membra tamen lassa et vires debilitatas instaura-mus

f. 13.— rentur. Gravi ~~ægritudine~~ quando adversa valetudine confectus, Dei beneficio cum pedetentim sanitati restitueretur. Curiositate tactus, vultum suum contemplari voluit in speculo. Sed en horribile visu, diabolum vidit in speculo, horribilem scilicet speciem quandam, sive faciem; quæ plurimum territus, et pœnitudine facti ictus, omni reliquo tempore vitæ dictam suam curiositatem querebatur, in cujus ob et damnabat. Sed hoc tricennio vix elapso, domui qui bene et utiliter profuisset, et fidelem, ac prudentissimum alienum; a suis hinc revocatus et electus in priorem, omnibus cogitatus processu fidelemque se exhibere suæ et propriæ, discessurus itaque et patribus filiisque discessum, ejus ægre ferentibus, calidasque largiter per genas profundentibus lacrymas

mos amoris, dolorem eorum benignius respondit: Filioli mei nolite
Sententia digna aureis characteribus. flere, nam Deus providebit vobis de bono priore, certissimum enim
hoc est: quod boni monachi semper habent bonum priorem: mali
autem et dissoluti nunquam habebunt qui eis placeat. Necessario
enim oportet fidelem et bonum priorem illis disciplinas et poenitentias
× pro excessibus × imponere. Ideo semper cum odio habent, licet sine causa.
O dignam profecto (ecquis inficiari ausit) cartusiano sententiam, dignam
quae aureis singulari characteribus, dignam profecto quam omnes cordi
nostro, qui cartusiani conseri et nominari volumus, ac prorsus eligamus.
Atque utinam die noctuque pro oculis eam habentes, ne ad latum un-
guem unquam ab ea recederemus, vere beati tunc essemus, vere
ac juste quidem cartusiani (quod carnis voluntatisque propriae mortifi-
cationem sonat) vocari mereremur.

7^us^ — D. Albertus de Suntra — (1403–14

Vir magnae religionis, neque contemnendae doctrinae fuit. Quadragesi-
mus secundus domus filius. Et antequam cartusianae religioni nomen
dedisset, Dominus Medicus et Scholarum gloriosi oppidi in Aldendorff
f. 14. Rector plurimi celeberrimus: priori absoluto canonice nobilatus × est.
Et postliminio etiam a capitulo generali provinciae Alemaniae Inferioris
visitator proclamatus. Qui postquam in utroque genere officii stre-
nue ac egregie annis pluribus insudasset atque domus haec tam in
personis quam annuis proventibus divinae largitatis munere, et civium
Erfordiensium ope (quorum Deus vel sero divinae offensae in nos corda,
propitia mitioraque reddidit) et auxilio maximopere profecisset.
Devotus pater cum ex catharro infirmus cum sanguinem minuere
incautius attentasset; inde voce privatus, absolutus est anno millesimo
quadringentesimo decimo quarto (1414). Ac tandem, trigesimo quinto
naturae die in Domino concessit. —

8^us^ — D. Joannes Rottöss de Neuwenburg. —

Gubernavit iste D. Joannes Rottöss de Neuwenburg domum Claustri
× Beatae Mariae prope Hildesium, multa animi × industria et dexteritate

aliquot annis. Verumtamen anno recuperatæ salutis currente millesimo quadringentesimo decimo quarto (1414) inde revocatus, in locum prædecessoris sui canonica electione, septuagesimus septimus ejusdem filius, subrogatus est. Artium magister, vir in qua devotione ejusdem filius, subrogatus est. Artium magister, vir in qua devotione quardigione ad modum integris, prudentiam, industriam quæ ingenii mira animi submissione ac modestia temperans. Et interiores prædecessores suos in re administranda familiari tam domi quam foris facile primus. Sed ejus acta peracta ab o inde clarius ex paucis quæ scriptis mandata reperiuntur, ejus virtus manifestabitur.

Anno itaque electionis meæ statim, secundo qui fuit 1416 liter, controversiamque propter hortum antecessores monasterii, intermonasterium ipsum et Seratum sub prædecessore p. m. Alberto de Sintra exortam, ea dexteritate prudentiaque composuit, ut sequatus, qui aquam prius satis modicam, piscinam deinde egrederetur post hortum simul cum vivario ultra citraque dimiserit. Eodem anno vel circiter domus Passionis et esu Xti prope Reginitz (Lignitz) Passionis in Silesia, ad quam in choando, regendamque ex domo hac nostra cum aliis sacerdotibus et filiis hujus domus missus est b. Henricus Frölich procurator novæ plantationis institutus Rector, ac inde primus ejusdem Prior

f. 15. Idem anno 1418 extruxit locum, rasura cum contiguis ædificiis.

Eodem anno terræ defossum, extraxit canalem, ligneum, per quem a braxatorio usque ad cellarium ultimum proximum, transfusa fuit cerevisia. Atque ex illa die cerevisia humeris deportari capta fuit ad cellaria. Dictus autem vetus canalis quotannis transmissa anguilla mundari solitus fuit. Effossus autem propter corruptelam cerevisiæ, quæ transfusione hac in fici videbatur.

Anno 1419 idem pater ædificavit domum, hospitium, cum cellaria in quam, in cessu temporis Priores suam transtulerunt cellam, quæ de causa amodo prioratus et non hospitium domus dicitur. Eodem anno ex cartusia majori advectus olim infrascripta. Illicet

Dominum Hieronimum super Isaiam, duodecim prophetas et Danielem, Epistolas Bti Pauli in duobus voluminibus.

Dominum Gregorium super Ezechiem, Moralia ejusdem super Job, Item Registrum ejusdem. — Dominum Augustinum de civitate Dei, de Trinitate, super Joannem quatuor volumina, super psalterium, Epistolas ejusdem, Item de verbis Domini et apostoli. Item de consensu Evangelistarum. Librum confessionum ejusdem.

* Dominum Ambrosium super Lucam, Exameron, Glossam ordinariam super Epistolas Beati Pauli, et canonicas.

Domini Bernardi sermones, Institutа Patrum. Ecclesiasticam hystoriam. Item diversos libros Beati Thome pro defensione religiosorum. Item expositiones super Regulas Bti Benedicti et Augustini. Jordanum de Sanctis. Bibliam emendatam. Flores concordantiarum. Biblia duo volumina magna pro refectorio. Partem estivalem, quam scripsit Joannes de capello, et partem hyemalem quam scribi curavit duodecim florenis. Et Papiam Magnum.

Lampas juxta refectorium

Anno Domini 1421 fundata est lucerna in parvo claustro ultra januam refectorii per dominum Henricum de Clivis Plebanum sancti Othmari Nimburgensem, cognatum domini Mathie quondam domus vicarii. Qui eodem anno magnus domus benefactor vita functus, ibidem requiescit sepultus, lucerna prodicta perpetim ejus illustrante sepulchrum.

Presenti anno dictus Prior innovavit pavimentum, sedium in choro, asseres siquidem vetustate temporum detriti et excavati, maximam insistenti molestiam patibus inferebant. Fuerunt tunc quidem qui innovationem hanc improbarent dicentes: contentos de patrum vestigiis, quorum ut insistant indignos se affirmabant. 1.12. at examine et commoditate animadversa: mox quam vituperaverant, amplius commendarunt postea.

Eodem item anno scilicet 1421 Reverendissimus in Christo Pater [illegible] Julianus sacrosancte Romane Ecclesie Cardinalis et Legatus apostolicus

apostolicus per Germaniam, concessit indulgentias omnibus orantibus pro extirpatione haereticae pravitatis Bohemorum. Quarum, ut fratres nostri participes efficerentur, semel quilibet hebdomadae jejunarent, septem psalmos poenitentiales cum Litaniis legerunt et missam celebrarunt. Hoc quo sequitur modo: Lectis missis privatis, et trina praemissa pulsatione convenerunt ad ecclesiam, et facto a Priore signo, super formas procumbentes legerunt in silentio Pater et Ave. Sacerdote et diacono in ultimis locis constitutis, quo facilius sese et commodius praepararent. Deinde presbyter lectis Pater et Ave, incepit submissa voce septem psalmos cum accentu circumflexo, sicut leguntur laudes defunctorum, quibus per choros finitis, sacerdos hebdomadarius legit Litaniam Ordinis itidem cum circumflexo, cui respondebant fratres. Sub precibus praeparabant altare sacerdos celebraturus cum diacono (sequebatur autem pro peccatis aut de Spiritu Sto, vel alia pro devotione) Ps precibus (et nemo nos) psalmos. Saepe expugnaverunt me.. et missa

Sed et Domnus Christianus N. monachus et filius hujus domus hoc ipso anno insignis et eximius scriptor, scribendo absolvit (in quo integro decennio ex injuncto elaboravit) Missale altaris Sanctæ Crucis* et tabulas duas pro cathedra sacerdotis et Evangelii. Huic etiam devotissimo patri aliquando se videndam præbuit Beatissima Virgo Maria, cum quo de rebus salutaribus animæ postquam conlocutus et consolatus apprime diuinit; qui postliminio hyprophius factus in summa animi tranquillitate et patientia, divinæ visitationis flagellum sufferens, tandem corpora excessit. Verumtamen qui nub idem fere tempus hic floruit D. Conradus Wida Franco patria Herbipolensis professione autem filius domus hujus, palmam ei longe præripuisse in scribendo videtur est. Erat is cantor et scriba itidem qua arte, qua voce, qua denique manu admodum insignis, dulcissimus et artificiosissimus. Instat manus ejus usque adhuc omnibus admirationi. Scripsit Missale optimum pro summo altari. Antiphonaria duo, Psalterium, Teretium, Epistolas Sti Pauli cum annexis homiliis et lectionibus. Sollemnissima volumina, præclara memoriæ et studii sui monumenta. Multos etiam informavit scribere texturam et notulam Maistralem. Qui tandem anno ejus seculi 1459 in domo Horti Sti hospes et luminibus orbus, feliciter et pie in Domino occubuit.

Anno 1430 præfatus Prior in capitulo novum curavit fundi parimentum et aliud hoc ipso anno† prædit Dominus Joannes Saxonis in capella Sti Joannis B^tæ, nunc Sti Salvatoris, erecta in eadem capella columna prægrandi, quæ una cum trabe oblonga et crassa admodum granario ferendis messibus auxilio foret. Construxit eadem opera et tempore domum artificum ostiariam, sartoris, sutoris et pellificis. Conscribi etiam mandavit chronicon domus quod postliminio anno 1453 omnium dolore et gemitu interiit.

Anno autem recuperatæ salutis millesimo quadringentesimo trigesimo primo (1431) Bohemi hæreticis de terra sua vi multa confisi, et furore percitis erumpentes, vastata Voitlandia applicuerunt ad Misniam. Quam ob rem timore valido et metu Thuringia universa concussa: tota hac civitate Erfordia totius Thuringiæ metropoli potissimum trepidatum est. Consules itaque obsidionem civitatis verentes, animum quanto cives

contra

f. 17. x

Apparitio Deiparæ

Scriptor insignis

Chronicon

Bohemorum excursus

contra inuersus hostium, ad communiendam ciuitatem adjuerunt. Ac primum quidem donis votiuis Deum per intercessionem Sanctissimae Matris Ejus sibi propitium reddere cupientes. ciuitatem argenteam sumptuose et fabrefactam, in qua mira caelatura et artificio, Ecclesia Beatissimae Virginis Mariae, praetorium, seu curia, monasterium Fredira-
-torum; cum muro argenteo elaborata exprimebatur ad domum hanc
f. 18. nostram allatam, magna animi submissione et confidentia devotis con-
-cepta patrem Priorem instanter interpellauerunt: ut ipse cum conuentu suo
dictam ciuitatem argenteam Beatissimae Virgini Mariae deuoueret, et
sumptibus diuinis, in Aquisgrano Eidem Deiparae Virgini domum ferret.
Prior autem benigne et humilis petitioni eorum, ut dignum fuit, annuens,
illico congregato conuentu ad minus claustrum, id est ad terram ad
exitandam arrogantiam, se ipsum prostrauit una cum conuentu. Deinde
dixit confiteor more solito cum conuentu et ciuitatem nomine suo, con-
-uentus et nomine totius Senatus Deiparae Virgini Mariae in Aquisgrano
offerendam, votum fecit In nomine Patris et Filii et Spiritus Sti. Amen. Consu-
-les autem voto emisso et numine diuino inuocato, illico quod reli-
-quum fuit ciuitatem munire coeperunt. Cum autem monasterium
nostrum maximum, affore posse subsidium hostibus ad oppugnandam
ciuitatem, consilio inito solo illud aequandum et alibi reaedificandum
judicarunt, jamque operi instanter incumbebant et monasterii
muros dissipare ac dejicere coeperant, cum ecce subito Prioris consi-
-lio Dei nutu mutato, parcendum monasterio quidem, fossatis tamen
profundis, tum muro turribus et propugnaculis ad reprimendos hostium
impetus eludendosque, quibus imis fortissimisque cingendum statuerunt.
dictum, factum. Verumtamen grauiori, quin imo grauissimo, ut his
temporibus patet, domus damno et dispendio quam commodo et utili-
-tate compulsi, nunquam potuerunt nostri et violenter adacti absque ingenti pecu-
-niae summa structuram cum fossatis, moenibus, turribus et portalitiis et ponte
et aliis necessariis, propriis sumptibus ita quod prorsus intollerabilibus
grauari onere alieno existimare coeperunt, donec plane deficerent, nec ultra
progredi

progredi proe nimia inopia poterant. Quibus tamen senatus nihilo notius aut nitior organos reddidit. Cum, ultra non potuisse omnes aedificando, currus tamen et equos, qui continuis senatus servitiis inservirent, domus sumptibus exegit exercitusque. Unde domus in extremam paupertatis angustiam redacta, et ore alieno praegravata dirolucis, solatii (divina desuper respiciente gratia:) accepit, quod gius agente spiritu cives sine ullo foenore aut usura sen pensu praedictum aes alienum, gratuito et lubenti animo accomodarint.

Consummatis autem omnibus quae ad defensionem civitatis vel aduentus necessaria, nec tamen interea timor et terror Bohemorum minueretur, sed in dies magis accresceret. Senatus civitatis utilitate matura ac tempestiva consultans, supra molendinum nostrum, trabibus firmissimis Geraeflumini valide infixis, asseribusque in transversum earum applicatis, aquae primum cursum inhibuerunt ac inde retrorsum coacta omnem circum civitatem, ne hostibus pateret accessus, longe lateque paludem inundarunt campum aquis. Dum autem haec fierent, patres nostri haud leviori timore ceteris consternati, omnes libros illico in principio, medio et fine taliter (cartusiensium prope exordium) consignantes, exitum de domo hac ad monasterium Scotorum in civitate eo loco rei prosto laturi exstitum, matura vertunt. Nec dum egressi fuerant, cum ecce persona ordinis quaedam in precibus per noctem, de caelo delapsa, taliter sibilo quatenus audivit vocem: Ne timeas, ipsi non venient huc.

Verumtamen postea quam Bohemorum dei beneficio securitas et seria fuit compresa: consolatus domus nostrae laborem et angustiam, poenitudine facti, et sympatia erga ipsam divina largiente bonitate ictus recompensare volens possessum, cum aqua copiosissima pro educatione piscium grate et propter Deum sub sigillo senatus ultronee donarunt. Ea tamen conditione ut fontem[x] cum suis pilis et aliis requisitis perpetuis temporibus, nostris et domus expensis conservaremus. Quae causa patres nostri maximo beneficio affectos reputantes, deo inspirante tum senatui regratiantes mirifice exhilarati sunt. Et deo unanimes[os?] statuerunt, ut

p. 19.

ut ista collecta Omnipotens sempiterne Deus adificatoria... ab omnibus mo-
nachis et clericis domûs hujus perpetuis temporibus frequentatoria
de dominica? aut nudum officium Salve Sancta Parens... ejusdem Virginis
quod privatim solvitur in cellis, dicerentur. Atque haec quidem de
dannis et excursu dicta sufficiant, restant alia quae qua brevitate
scribo, prosequar.

Eodem anno millesimo quadringentesimo trigesimo primo (1431.)
Conflagratio in festo Ste Hugonis Lincolniensis cella litterae H negligentia et incuria
cellae D. Conradi de Landoia magistri novitiorum, qui casse et incaute vita-
dulam seu cincidelam luminis emunctis ad lectum novitii, qui dictam
cellam inhabitabat, projiciens rei ignarus perrexit ad matutinas.
Sub Te Deum laudamus... flamma erumpente, tota, omnibus perma-
f.20. nentibus in choro, conflagravit. Quam postea x Dominus Gualtherus Bock
priori longe meliorem restituit recedificando.

Anno millesimo quadringentesimo trigesimo tertio (1433.) Dom
Prior emit villam in Rinckleben.

Circa hunc etiam decursum temporum et annorum domus nostra
amplius quam unquam, tam in personis quam alias in utroque statu
summopere florere coepit. Anno siquidem qui proxime sequitur MCC
CCXXXIIII (1434.) novem domus hujus filii diversarum ordinis nostri
domorum Priores fuerunt et septem utriusque juris doctores monachi
professi resederunt in gallilea.

1us. Hortus Christi prope Nordlingam fuit Prior D. Albertus Harhausen.
2us. Claustri Mariae prope Hildesiam D. Joannes Mulhausen
3us. Novae cellae in Greunaw D. conradus de Landoia.
4us. Cellae salutis in Tuckelhausen D. Joannes ostraw.
5us. Domus Ste Elisabeth prope Isenacum D. Joannes Ulrici.
6us. Domus Passionis Jesu Xti prope Lieguitz D. Petrus Andernach.
*+7us. Cellae Mariae Norimbergae D. Joannes Monasterii.
8us. Montis omnium Angelorum in Schwalb D. Joannes Franckh.
9us. Domus hujus Montis Ste Salvatoris D. Joannes Rötlash de Neuren-
burg

burg. Et tot tantique licet ex eadem fonte filii huius domus dispersi per provincias ordinis et domos, nullam tamen domus hec sentiebat aut patiebatur penuriam, sive inopiam personarum. Quod eo nimis circa multis visum est, quod disciplina regularis apud plerosque imo fere omnes totius Thuringie religiosos collapsa et neglecta fuerit, solis cartusiensibus exceptis, quorum disciplina in primevo suo vigore, collabi et interire nescia, firmaneat stabilis ac fixa. Qua de causa plurimi, quos propria salutis tetigerat cura, et amor succenderat divinus, ad eos confluxerunt. Verumtamen, ceteris religionibus reformatis passim, major pars post eas iterum declinare cepit, utpote apud quas minori labore et molestia salutem non sperarent.

f. 21. × Anno eodem, molendinum, nostrum jure tenorem litterarum desuper conscriptarum, domui nostre assignatum est. Quin etiam, aque ductus, quin etiam, monasterium leni susurrio perlabitur vulgo Treybom dictus a triplici scaturigine sensatus munificentia domui provenit.

Trifons.

Eodem anno 1434 scilicet universam ferme Thuringiam gravissima annone charitas oppressit. Prior etiam, jam sepe dictus quia annis superioribus incaute omne pene frumentum, ubi ori pretio vendiderat, nunc carius singula scilicet maldra singulis decem florenis comparare compulsus fuit. Dominus Quocirca Guntherus Bock triginta maldra pro trecentis florenis vendidit. Quibus postliminio anno domini 1438 in claustro minori fundavit altare Ste Marie Magdalene, cum una missa singulis septimanis perpetuo reddenda.

Annone caritas.

Anno milleximo quadringentesimo trigesimo septimo (1437.) sabbato ante Dominicam Invocavit. glacies congregata ad nostrum molendinum, eidem precedentissimam eversionem minitare visa est. Quam obrem cunctis prebendis, civibus, fistoribus et ceteris de molendino accurrentibus, molendinum, proesenti periculo eripere conati sunt. Die itaque desudantes sed in casum desperato jam humano ad divinum confugerunt auxilium. Prior ergo ad subsidium, deipare Virginis Marie fiducia plenus confugiens, missam de eadem legit. Dignum, deigenitrice beneficium, ipsa nocte

Molendini periculum.

× Eripare beneficio beatissime

Dominica

Dominica Invocavit... omnis nubito illa glacies ad molendinum conglomerata ad eo disparuit, ut nec vestigium quid em aliquod, in tanta licet aeris clementia et frigoris remanserit.

Anno salutis millesimo quadringentesimo trigesimo octavo (1438.) Beata et sancta defunctus est prima die mensis aprilis, sancto Adolario sacro D. Theodoricus Lamsfeldorff qui cum in vigilia omnium sanctorum, sacramento extremae unctionis more ordinis munierat, et dum in spiritu duos presbyteros Reverendissimos, crucis indutos tunicis ac novis rasos de parvite ad se procedentes, qui dictus Theodericus humanissime intuentes in anima et corpore mirifice ac sensibiliter refocillatum consolatamque recedentes reliquerunt. Qui duo presbyteri dubio procul sancti fuerunt Martyres Episcopi, Adolarius et Eobanus.

f. 22. In illo igitur die calendarii nostri alibi inscripti sunt, et annue commendantur sanctorum dies natalitiarum religiose agi consueverunt.

Hoc etiam anno sub vesperis die Stae Joannis Bae ad nos in anima cum comitiva visitandi gratia Reverendissimus Episcopus Ruthenus venit. Qui vesperis solutis juxta tenorem statuti cum osculo manum a patribus susceptus, ipse similiter inclinatus singulorum manus osculatus est. Et per interpretes tres humiliter orationes et preces Patrum pro se et unitate ac pace ecclesiae expetiit.

Hoc eodem anno quo supra scilicet 1438 glacie denuo, ut supramini, insurgente, idem prorsus molendinum, nostro in festo Stae Anthonii installat interitus. Pater prior coepit dies ac virginem Mariam pro auxilio implorandam, ratus quo certius jam in simili discrimine jus prosecutorium adjuvatorium. Missa itaque de eadem dicta, dum a cateris fieri per sacristam imperavit. Eumtibus interea patribus laicis, ut quantam possibile foret, impetum glacici reprimerent et molendinum interitus subtraherent, scilicet in ani labore lassi et defatigati difficilissimo prosecutum in hac prorumpente vorago: Mobffiu ugir arnuan nuapsau. Ffo ist allaf ünubpuuf, biffalatt ünpavun Gavn: Iro ünöf goo ninaw ifar gafoffau Iro palffo ünus ainf ünfo nuafo. (Que feront-nous, pauvres pauvres! Tout est en vain, recommandez à notre Seigneur; dites qui nous a aidés il y a un an, qu'il nous aide encore maintenant.

dictum, factum. Nocte immineute tota illa glacies resoluta domus ex aruit.

Duo procuratores. Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo (1448.) a generali capitulo impetravit Dom. pater licentiam pro domo hac duos instituendi procuratores, quorum unus respiceret interiora, alius vero exteriora negotia exerceret. Iterumque licentiam pro negotiis ejusdem domus juxta discretionem patris Prioris tunc eidem Presidenti confirmata est haec licentia anno sequenti 1449 a Dño Patre majoris Cartusiae tempore capituli generalis.

Circa eadem fere tempora supra dictus D. Joannes Prior optimae hujus domus hac jam ultra viginti annos meritus aetate ac senio gravis, postquam multa religiosa opera perfecisset, domumque et gregem sibi commissum summa diligentia et religione rexisset tandem supremam manum (manum?) quasi brevi operibus ac regimini suo impositurus,

f. 23. Hoc quod sequitur religiosum, facinus quasi coram dis loco adjecit.

Monasterium in Hasia partibus monialium olim situm fuit, dictum sive a Fundatore ejusdem sive ab ipsismet ejus auctoribus, Mons Sti Joannis B^tae in . Construxerat ipse Lantgravius Hasiae anno ejus saeculi 1142. Dictae vero moniales, exiguo quo habitabant tempore, inordinate ac prodigaliter vivendo totius fere monasterii bona tam immobilia quam mobilia consumpserant. Quare propediem certissimae desolationi ac interitui proximum fuit. Prospectum ergo monasterium ordini dilecto Priori nostro dono oblatum, qui decrit gratitudine, quamvis contra morem et formam statuti acceptavit tamen. Statuto tamen, paucis diebus assumptis de hac domo personis scilicet tribus aut quatuor, desolatum monasterium ad formam ordinis exstruere coepit. Effecitque solerti industria et labore utrebus omnibus ad amussim compositis (vixerant namque multo tempore Patres ibi in magna paupertate, pressura et patientia) tandem pristinum restituere splendorem. Crescebat itaque in dies magis magisque tam in personis quam annuis proventibus et provisionibus, adeo ut brevi tempore

tempore, in pisc ibus, vino, cerevisia et ad honestam et religiosam vitam agendam necessariis abunde esset provisum. Domum itaque propriam, relictis gestis dictus Prior reversus, post aliquantulum temporis, affectus et desiderio paterno filios in nova illa plantatione iterato revisendi consolandique impulsus iter arripuit, venit, vidit, consolatus est. Et statim adversa ibidem valetudine correptus, invalescente morbo, paucis post diebus salubriter in Domino, die quinto Octobris sacer erat, fine consummatus est, regiminis sui vigesimo quarto, salutis 1448.—

9us — D. Joannes Osterouw. — (1448–1453.)

Hic D. Joannes vir profecto qua pietate et religione, qua denique eruditione conspicuus fuit: domus hujus filius septuagesimus secundus, priusquam vero ideo, domui canonico datum suffragio anno 1448 praefuerat, p. 24, pervigili animi industria et sollicitudine gubernavit domum, collatis salutis in Tuchelhausen. Inde ergo revocatus est et Prior delectus hujus domus. Ipse anno secundo regiminis sui, qui fuit 1450 a parte occidentali in choro laicorum aedificavit locum illum eminentiorem, seu ut uno verbo dicam, pergulam, ex qua consules et alii magnates civitatis, item proborum aliique ad domum nostram diebus solemnibus et festivis advenientes missarum solemnia et sacras conciones datum audire consueverunt. Verumtamen pluribus pro domus utilitate invicto animo toleratis laboribus ac molestiis, anno jubilaei 1453 primum quidem ab officio prioratus absolutus est, deinde Febr. 1473 pie in Domino, consummato cursu vitae, decessit ex hac vita.

10us — D. Tilmannus de Maidenburg. — (1453–1456.)

Iste D. Tilmannus legitimis votis praedicto D. Joanni absoluto immediate sublectus. Vir bene litteratus, doctus tum pius, filius autem domus Octogesimus octavus. Anno primo institutionis sui quidem fuit 1453 infra octavas visitationis Beatissimae Virginis Mariae conventum fecit plurimum promotionum de civitate doctorum ac fautorum domus: a quibus consultatum fuit supra agricultura allodiorum nostrorum. Expedire ne a propriis expensis colere an vero elocare. Maturio igitur habito examine et consultatione finaliter determi-

detaminarunt hujusmodi culturam allodiorum non modo nullam, nobis allatu-
ram utilitatem aut fructum; sed e contra multo magis damnosam futuram,
quin imo impossibile fore, ut ex fructu proprius sumptibus colere ea possi-
mus. Ea propter penecessarium esse, ut ea pleb emphiteosim elocemus pro
certo annui pensus pignore. Placuit conventui sententia eamque ratam
habuit. Ea propter caveant posteri nostri ne eadem bona propriis expensis
denuo in dispendium grave domus quandoque colere presumant. Dictus
vero Prior anno tertio sue presidentie iterum absolutus, eo quod religiosum
superviciat tibi tempus, vinculis tandem carnis solutus quievit in pace.

f. 25. × 11us. — D. Hermannus Reinbott. — (1456–1457.)

Professus et filius domus cellae Beatae Mariae Norimbergae, patria vero
oriundus Erfordia, eodem anno, quo predecessor ejus D. Tilmannus fuit absol-
lutus, hoc est 1456, institutus est in priorem domus hujus in festo sti Viti
et Modesti martyrum. Qui et etiam nb initium, institutionis suae et quasi primis
diebus novam compilationem Chronicae domus nostrae per D. Joannem Aldes-
dorff, utpote qui priorum[em] quoque annis superioribus conscripsisset, sed jam
ut ante notavi, perditam, comportari et instaurari voluit ut et prostitit.
Verum, vix integro vertente anno infra octavas Assumptionis Beatissimae
Virginis Mariae denuo absolutus et prior domus suae professionis electus et
confirmatus est. Luis quam vero huic domui nostrae prosperitatem duabus
in domibus Prior exstiterat cellae scilicet novae in Gruenau et cellae
Mariae Norimbergae domus professionis. —

12us. D. Joannes Hagen alias de Indagine. — (1457–1459.)

Placet pro admirandi hujus et eximii viri meritis et perenni memoria
gesta ejus ac vitam altius discutere. Patria quidem et parentes ejus scriptis
non prodiuntur, fuit vero adhuc puer ingeniosissimus, et ceteras animi
dotes diligentius indagare aspectare si quis voluisset, facile puto intel-
lecisset et impletum in illo, quod de se ipso scripsit vir sapiens et pacificus.
Et animam sortitus bonam ac docilem. Juvenis autem, et pulcritudo dolas-
cens, acumine ac velocitate judicii, memoria item, et plurimarum
maximarumque rerum, doctrina suos coetaneos longo post se intervallo
excedens

ex cedens, summis quibusque ac doctissimis viris accepit esse summe conspicuus et admirabilis. In continua vero et jugi lectione sacrorum librorum, meditatione legis Dei, ceterarumque non tamen passim omnium et humanae tantum, sapientiae jactantiam, aut vanum verborum strepitum, scholasticum, intus autem virtutis vacuorum. Tales enim tanquam merae, ut vere etiam dignoscuntur, jactantiae et inflationis fomites et virtutum exterminatores odio prosecutus est. Sed eorum qui animum primum quidem virtutibus imbuerent, deinde vero mentem sapientia donec quod deest sursum est descendens a patre luminum, illustrarent; illustratam in anteriora et viciniora salutis apprehendenda incitarent, ac postremo conscientiam bonam non solum conservarent, sed amplius augerent dirigerentque. In talium
p. 26. lectione adeo fuit assiduus, indefessus et immobilis, ut dictu inquam, lectione adeo fuit assiduus, indefessus et immobilis, ut dictu id assequi facile discrimen impossibile. Optavit equidem et datus est ei sensus intelligentiae; invocavit et venit in eum spiritus sapientiae, quam ipse super salutem et speciem aureus dilexit. Proposuit eam regnis et sedibus et divitiis nihil esse ducit in comparatione ejus. Aurum et argentum in collatione ejus tanquam arenam et lutum existimavit. Quapropter annum agens quintum de vi jam, divino amore, mox fallaces hujus mundi tam immundi et decep-tactus tricas blanditias subodoratus fastidivit et in florida adolescentia ipsum mundum cum flore despexit et ad tutiora ac securiora salutis adipiscenda sese conferens castra, in hac domo nostra sacri ordinis cartusiensis deo militaturus, jugo mavi collum libens ac sponte submisit anno ejus saeculi 1440. Deo itaque veteris deposita con-
× versatione hominis consecratus × quicquid temporis praeter id, quod ordo divinis laudibus decantandis et aliis religiosis exercitiis attribuit, sup-plerari potuit, tota animi intentione et affectu sacrorum aut lectio-nis librorum aut Dei mysteriorum, sive fidei contemplationi et medi-tationi impendit. Facta est itaque propediem cum domino Hieronimo ei cella et solitudo coelum, seu paradisus: mundus autem deterrimus carcer.

carcer. conversatio hominum odiosa, intra cellæ autem parietes jugis cum Deo conversatio, delitiæ summæ, et suavissima animæ refectio. Verum postquam jam annis multis hic ad pedes Jesu, optimam cum Maria eligens portionem, sedisset, exstetque anima ejus divinis consolationibus eloquiisque uberiùs abunde astorque referta, nec minus de torrente gratiæ ejus et voluptatis gratiosæ proventa et potata: Patres piis ejus exercitiis ministeriæ delectati, ut tandem in communem fratrum et domus profectum, quod Mariæ sedulo hactenus in cubiculo parti non minus circa Marthæ frequens satis ageret ministerium, concordibus votis ac suffragiis eorundem in prædecessoris sui locum, qui tunc fuerat D. Hermannus Rembolte, summa cum animi sui dolore et
127. mœrore subrogatus est.

Et Prior institutus anno 1437. Licet igitur animus ejus a Marthæ solicitudine plurimum abhorreret, ne tamen suo muneri minus fungeretur primum, plurimas lites et causas controversiarum pendentes in judiciis et eorum principibus adjudicavit, perduxit. Deinde vero anno sæculi 1459 parimentum refectorii Patrum, quod passim vetustate et vermibus diu fatiscebat, diu corrosum fuerat restituit. Prosecit etiam domus tam in discipliis quam redditibus et personis. Nec tamen ipse interim desitit omnem movere lapidem, causasque inquirere quomodo se gravi onere prioratus honeste itemum exueret liberaretque, et intra cellæ secretum delitesceret. Voti tandem compos effectus, Anno eodem proxime supra memorato ab officio quidem hic ad breve tempus absolvitur, sed paulo post successive, aliarum vel invitus et renitens cogitur et impellitur subire domorum curam ac regimen. Nimirum domus Dnæ Elisabeth prope Isanacum, domus Gratiæ Dei prope Hohenum, domus Misericordiæ Dei prope Francofordiam ad Oderam. Quid autem
× molestiæ, quid sollicitudinis, vel unius domus cura generet, ne dicam plurium, quilibet apud semetipsum facile revolverit, dignos ergo foterit. Scrit autem iis profecto qui Deo magis conjungi spiritu et familiares fieri
[illegible] nonnisi maximam eamque gravissimam. Sed hic nostra eximius
confrater

confrater licet tot tantisque curis et solicitudinibus diversarum qúbus
profuerat domorum, fuisset distentus. Adeo tamen scriptioni librorum
intentus fuit, et tantam in elucubrando diligentiam et in perseverando
constantiam exercuit, ut nedum quidem a commantando digne scriben-
-digue labore quiescere potuerit: quando in paupercula quidem
cartusia simplex cellita delitescens, candelarum usu aliisque adminí-
-culis ad elucubrandum necessariis omnino destitutus fuit. Sta namque
juvenes apatibus nostris accepimus, cum scilicet cum non posset
sufficienti lumine potiri, interdum ex offis pinguioribus que esculentis
luminis fomitem sibi ipsi concinnisse. Unde etiamnum multa ejus
scripta propria manu exarata pinguedine undique aque insigniter
sunt delibata et bene uncta. Scripsit autem iste unus pater tantum
f. 28. actum* ingentem molem, pro communi Reipublicae christianae utilitate
librorum quingentos scilicet, preter illas quos triplici aut quadruplici
sensu elucubravit in tota biblia pulcherrimos et insignes tractatus, de
quibus jam pro dolor plures, cum injuria temporum, tum forte etiam
negligentia eorum, qui eos conservare et tueri debuissent, sed locci
pendentes neglexerunt nescientes thesaurum in eis absconditum, interi-
-erunt. Ut presentes alterum interiisse merito quis nisi posset unum
eundemque hominem tot tantaque litterarum monumenta legendo
pervertere, nedum scribendo componere potuisse. Verumtamen hic tan-
-tus et tam eximius vir post tot impertitas pro ecclesiae utilitate
exantlatos sudores labores que ultimo annum agens unum supra
quinquagesimum, simplex cellita et monachus hic Hasdia in domo pro-
-fessionis sue spiritum Creatori devote reddens corpore excessit e vivis
anno assertae salutis humanae 1475.

13us. — D. Hermannus Wolfhagen. — (1459-1464.)

* Fuit iste tum animi industria tum eruditione et eloquentia sermonis
x opprime clarus, moribus cultus, in cura animarum et re domestica
sub unda alter quasi Aaron. Vir etatis justae, domus autem filius nona-
-gesimus primus, ex procuratore domus electus est in locum prioris anno
ejus

ejus seculi 1459 ipso sancto Kiliano sacro. Ipse molendinum, quod labente tempore collapsum fuerat et prae ruinosum, integritati restituit. Domum item a plaga orientali in eodem molendino a fundamentis denuo excitavit. In villa etiam Ringkleben plurima alia aedificia et utilia exstruxit.

Anno vero 1460 aquaeductum qui domum perfluit, usque ad id temporis angustiorem, in formam vivarii dilatavit, tectumque accuminatum turris instar, eadem opera fonti in coemeterio superimposuit.

Sub dem tempus Irsebendarius quidam, nomine Henricus Eckersleben, ad domum hanc nostram veniens paucis supervixit diebus. Vita igitur extinctus maximam vim pecuniae testamento omni reliquit. 1.29. Cujus subventione domus, quae ab annis superioribus alieno gravata labore ac aere, tandem liberata respiravit. De reliquiis quae superfuit aliis quoque domibus prospectum et eleemosina prostita fuit. Obiit dictus pater Prior in officio prioratus corpore robustus adhuc et omnibus charus et amabilis, unde etiam ejus immaturam mortem maximo pere omnes doluerunt, Anno 1464.—

14us. — D. Hermannus de Monasterio. — (1464-1468.)

Extitit hic pater filius domus septuagenarius octavus sacrista et procurator diligens et praevigil longo tempore. Verum aetate jam provectior ob sanctam religiosamque conversationem, animi candorem, et columbinam simplicitatem, omnibus tam saecularibus quam ecclesiasticis personis maxime charus. Subrogatus est autem canonica electione in locum praedecessoris Anno 1464, 8a octobris.

Anno regiminis sui primo seculi vero 1465 dominus doctor Peregrinus de Gock fundavit cellam A nunc C littera insignita. Qua occasione et eadem opera, duas alias de lapidibus proximas sequentes B et C nunc vero D. et E cellas constructas. Eodem anno cella cancis de alto cellarum exclusa, conversa inferius in carcerem conversorum; superius vero officina pro sartore pellifice et sutore constructa, ut hodie adhuc videtur, fuit. Quin imo anno immediate posito coemeterium,

per

per lapicidas secantes et preparantes lapides pro supra dictis cellis A. B. et C. occasione rixe et sui sanguinis violatum fuit. Quod Reverendissimus Dominus Bertholdus Ordinis Predicatorum suffraganeus Ep̄is capus Archiepiscopalis Moguntini Domini Adolphi de Nassauw reconciliavit.

Dictus porro pater curam salutis propriæ magis quam rei familiaris gerens in desiderio a capitulo generali instanter misericordiam postulans, Anno 1468 impetravit. Et postliminio plenus dierum et operibus virtutis ob iit anno 1474.

15us. — D. Hammanus de Rudischeim. — (1468-1471.)

f. 30. Hic D. Hammannus professus S. Horti Angelorum qua religione in Deum, qua zelo disciplinæ regularis ad conservens fuit, ut fere alter Helias reputari potuisset: rerum tamen temporalium administrationem magis fastidivit quam gessit, Dei cum amore ad meliora transeunte charismata. Domui nostræ profectus est a capitulo generali in priorem, Anno 1468 et post iterum, ab eodem capitulo delectus in visitatorem provinciæ.

Anno 1469 officio non satisfacturus profectus est ad majorem Cartusiam, procuratore interim de ejus mandato murum Galileæ (: Domino Conrado Ubelin:) a cella litterata N nunc lavatorio, et per totam aream culinæ in gyro exstruente. Et quia simpliciores humiliores que fenestras posuerat, ut hodie etiamnum visuntur in area culinæ, reprehensus a Magistratibus Senatus: reliquas paulo venustiores ampliores que fieri curavit. At vero profectus pater Prius eadem quæ fuerat auctoritate omnis superioribus Domui profectus eadem Domus 1471 ab officiis prælaturæ depositus est, et vita in Domino feliciter functus est.

16us. — D. Joannes Quirr. — (1471-1474.)

x x Profectus D. Joannes Quirr octo agesimus nonus vel circiter filius ex procuratore per compromissores conventus Priores scilicet Norimbergæ et Susati provinciæ visitatores anno Domini 1471 electus et confirmatus est in priorem, ac deinde etiam a capitulo generali designatus prov.

provincie visitator. Primo suae institutionis anno in vigilia Sti Andreae apostoli ad primum quasi ictum pulsus pro nona de domina fracta est campana nostra egregia optimi sonitus pondere 429 librarum. Quam protinus restituta, alia tamen et minori forma et pondere 364 librarum tantum, et benedictam a. d. sabbato post festum Stae Luciae virginis et martyris ab Reverendissimo Domino Gunthero Abbate Sti Petri, et Vincentiam appellatam, suo loco suspendi curavit.

Idem anno 1478 extruxit a fundamentis murum retro pistrinum et braxatorium pro procavendo periculo ignis propter vicina horrea et stabula equorum; ubi foenum et stramina et id genus alia ignis nutrimenta reponi consueverunt. Opus utile et commendatione dignum.

f. 31. Verum tamen dictus Joannes Quirr Prior[x] ante conversionem suam, cum esset decanus in Halberstatt et aliis in locis pluribus beneficiatus venit ad domum nostram cum quatuor equis. At pro dolor ex in canto latrum in gyrus susceptionem consensu, gravissimos inquietudines et detrimenta domui provenerunt. Ultra siquidem alios et debitis plurimis obstrictus, de quibus tamen ante ingressum minime satisfecerat creditoribus, professionem emisit. Creditores ergo re comperta magna instantia coeperunt requirere debita, et dicti bona Joannis Quirr fassim invadere. Oritur gravis contentio. Creditores appellant ad summum Pontificem. Pontifex protinus designat commissarios. Commissarii latores nostros sub juramento compellunt facere restitutionem omnium quae acceperant. Quinimo ad redimendam vexam et perturbationem scandala, et importunitatem creditorum componendam, ultra quam debebant et acceperant solvere coacti sunt, gravissimo domus dispendio. Caveant igitur posteri nostri et successores hujusmodi imprudentes et inconsideratas susceptiones personarum maxime magnae famae et existimationis et nominis, districte et severe admonentes, ut primum de suis disponant, debita solvant, causas pendentes

expred.

expediant. Et quoe secum bona asportare non possunt, tempore novi-
tiatus personis committant curanda custodiendaque saeculoribus.
Nec Priores talibus bonis, quoe secum non asportarunt sive per se, sive
per alios sese ullo modo intromittant. Scientes quam de talibus bo-
nis custodiendis Statuta nostra minime loquuntur, sed de iis duntaxat
quoe secum adducere. Verumtamen supe memoratus Joannes Quin
Prior anno 1474 a generali capitulo ab officio denuo absolutus
obiit postea anno .....

17us. — D. Nenufridus Baldwini. — (1474-1477.)

Donnas iste Baldwinus si ingenium spectes vir fuit humane ingenio-
sus, si cotteras dotes, fuit morum elegantia cultus, conversatione
mavis et modestus, religione exemplaris, salutis promovendoe ar-
dens, familiari curanda mire deditus. Hic ergo anno 1474
circa festum Ste Joannis Bte canonica Patrum electione declaratus
p.32. et confirmatus Prior. Anno recuperatoe salutis 1475 fundamentis
ex lapidibus excitavit claustrum minus idque per totum concame-
rari fecit. Eodem anno renovavit et picturis illustravit refec-
torium Patrum, in eoque arte et labore fratris Laurentii conversi
fornacem ferream, quoe malleolis calesceret magno domus
emolumento et Patrum solatio exstrui erigique curavit. Eodem
anno tabulam sive lapidem procrandem crucifixi imagine ins-
ignem, aliunde translatam, in altari Beatoe Mariae Magdalenoe
cum duabus alis hinc et hinc Sanctorum Patronorum figuris
illustres locavit. Inde manum studiumque ad altare quod ex
opposito situm est Sanctoe Fabricitatis dirigens Ipsum quoque
de novo exstruxit: atque eodem adhuc vertente anni circulo
dicta duo altaria ipsa Sanctissimoe Trinitatis solemnitate con-
secrari dedicarique fecit. Quinimo hoc ipso anno lapidem priori haud
absimilem, qua arte qua crucifixi imaginis pictate in gallilaea majori directe
× contra sacrarium, venerabilis sacramenti Eucharistiae murum ecclesioe × a la-
tere, quod dictam gallilaeam respicit, inclusit: hac intentione, ut contra

Dicti

dicti lapidis insculptam imaginem crucifixi venientes, Venerabile Sacramentum ex opposito retro intra ecclesiam altari summo inclusum, et honorifice custoditum, qua dignum, ac decet honore et reverentia prosequerentur.

Anno subsequenti qui fuit 1476 guttierniam, fusile de auricalcho, pro patrum manibus refectorium intrantium, abluendis, in fenestra loco ad hoc singulariter disposito constructoque in minori claustro collocavit.

Circa idem fere tempus anni prosfatus pater Prior opera et cura germani fratris domini Doctoris Werneri Baldwini testamentarii p. mortem Thomae Merckels ad ejusdem Thomae civis et mercatoris Esfordiensis et Norimbergensis perennem memoriam, clynodium aureum pro ecclesia, item calicem ex puro auro pro solennitatibus: qui de mandato dicti Thomae Merckels alienari nunquam debuit, licuit in magna et pressanti necessitate impignorari possit quam cito tamen fieri potest redimi debet: fieri curavit ex mille florenis Rhenensibus quos domui, vita defunctus, legaverat. His adjecit dictus pater Prior porte ex eodem aere capsam argenteam pro venerabili Sacramento (quam ciborium alias Ecclesia indigitare solet) non tam devotione, quam pretio conspicuam, et manu artificis satis fabrefactam, atque eandem intra summi altaris fedem, loco convenienti preparato, constituit.

Nec hic stetit ejus affectus et devotio erga hoc preexcelsum et augustissimum Sacramentum, sed reverentiae, sed amoris, sed singularis affectus precibus longe augustiores adjecit additque argumentum. Monstrantiam nimirum argenteam et inauratam. Opus admodum preclarum. In quo dictatum Sanctissimum Sacramentum Eucharistiae recludi, per octavas Solemnitatis ejusdem populo christiano et patribus pie ac majoribus tradito more proponeretur adorandum. Quin et ejus altioram majorem, partem scilicet quae orientem respicit, asseribus pulchro arcu concamerari curavit, atque iterum et postremo tanquam coronidi loco, post plurima dum exstructa edificia, tum alia utilia domui nostrae digna octroi memoriae et commendatione beneficia, Domum Beatissimae Mariae Annunciatae in Conradsburg dono super ordini oblatam, acceptatamque (fuit ista olim

olim monasterium Benedictinorum, sed ab annis amplius viginti, ex quo scilicet tempore dicti ordinis cultores eam deserere reliquerunt, administrata per quendam saecularem nomine Arnoldum Framiver.) dictus pater Prior pervigili cura et industria brevi pristinae integritati restituit auxilio potissimum et pios eleemosinis et expensis supra memorati domini germani fratris mei Doctoris Werneri Baldevini. Quae etiam posthuminico nuncupatum huius (caeli?) fallaciis illecebris remittens in eadem domo habitum donatorum recipiens ibidem publici et sine consummatus.

Porro jam saepe dictus Prior anno domini 1477 sub actu visitationis ab domus hujus onere prioratus absolutus dictae domui Mariae Annunciatae a se recenter instauratae praefectus est in priorem, ut quam collabentem exciit et amplius nunc in utroque statu pervigili sua industria et solicitudine conabatur restorascentemque redderet. Obiit ibidem anno

f. 34. * NB. — Supradictus calix aureus cum monstrantia in tumultu rusticorum senatui cum aliis custodiendis datus, ut veteres et antecessores retulerunt nostri, etiamnum si credere fas est, delitescit ibidem.

18us. — D. Jodocus Christen. — (1477 – 1479.)

Iste D. Jodocus centesimus quartus domus hujus filius, absoluto D. Nortfrido, ex priore domus Passionis Christi prope Lignitz legitime et concordibus Patrum suffragiis sublectus fuit et confirmatus in priorem hujus domus, anno 1477, circa festum Sti Michaelis. Vir non minus doctrina quam religione et rerum gerendarum dexteritate clarus: domum hanc brevi quo eidem licuit suam navare operam diligentiamque summa cum laude gubernavit.

Contigit quidem, ut sub idem fere tempus institutionis hujus Domus nova molirentur domus Transfigurationis scilicet Jesu Xti in vallo Transf. Sti Martini prope Krinesch aurum monasterium, aliquando canonicorum Regularium, atque super opera et instantia Reverendi Domini Jacobi de Sarburgo, loci Prioris ottonis per eadem apostolicam assignata primi ordinis nostro cartusiensi, exstructa vero ad formam Ordinis sumptibus et

et expensis domicelli Joannis Federang alias et Annae conjugis suae. Quam id ex conjuges etiam annuis proventibus sufficienter dotarunt. Quocirca anno saeculi post humanae salutis assertionem 1479 ab ordine circa festum Sti Marci evangelistae suscepto, visitatores provinciae dictum d. Jodocum Christen, quod scilicet neminem tunc illo ad domum, maxime hanc novellam, regendam plantandamque aptiorem et habiliorem nossent, a priore tunc domus nostrae de consensu Patrum nostrorum absolverunt, et praedictae novellae plantationis primum profecerunt Rectorem. Missi tunc fuerunt simul ex hac domo primi ejusdem novae domus futuri colonii d. Christophorus de Lora, d. Melchior de Bruchatz, d. Nicolaus Hirschberg, d. Gerlacus N...

Verumtamen occasione hujus et aliarum de qua supra in gestis hujusce d. Jodoci praedecessoris mentionem feci, plantationis novae; ad quas ambas saepe dictae domus nostrae filii et professi tum habitandas tum denique gubernandas destinati sunt; domus haec nostra usque 35. ad hoc in personis, vestibus, libris et aliis necessariis exhausta fuit: quod vix postea semetipsam recolligere et damna perpessa resarcire potuit; quin imo in electione novi prioris potissima difficultas nata est. Ob praefatas namque emissiones et indiscretas personarum, ejusdem domus nostrae primi prioris praemisso, vix tandem canonice et legitime electus est in priorem omnium junior, aegra quinquennis in ordine, et qui vigesimum quintum aetatis difficulter explevit annum. Quam ob causam etiam parum et alia accidentia a visitatoribus fuissent refutatae, quamvis postliminio eundem morae ordinis licet gravatim admodum confirmarint.

19us. — D. Joannes Falcke. — (1479-1511.)

Post absolutionem d. Jodoci an animi Latium suffragio in locum prioris successit d. Joannes Falcke, qui licet aetate, ut jam ex dictis recordor, quintum et vigesimum non fuerit praetergressus annum, imo nec dum quinquennium integrum ut erat in ordine, domum tamen ea fidelitate et solicitudine industriaque qua in re maxime

maxime abunda domestica plurimum pollebat, annis triginta et una et septimanis duodecim, una cum sacrista die administravit ut palam omnibus de se perspicuumque faceret: prudentiam non ex annis sed sensibus computandum esse. Hic anno secundo regiminis hoc est 1480 exstruxit lavatorium in cella sacristae.

Ipso eodem patre auctore anno eodem Patres omnes unanimiter et conventualiter in capitulo congregati statuerunt firmiter ut praeter communia debita et beneficia, quae cuilibet personae professo huius domus vigore statuti nostri post mortem debentur. In posterum peculiis temporibus, quandocunque aliquem ex professis huius domus (inclusis tamen Prioribus hospitalibus) sive hic sive alibi (quia mortales sumus) diem suum obire contigerit statim ab die ipso, si fieri possit, obitus sui triginta continuis diebus, diebus singulis una missa peculiaris diceretur in privato pro huius modi defuncto. Ultra quae confoederationis huius schedula in veteri calendario ecclesiae descripta circa calcem libri omnia docet.

f. 36. × Anno vero salutis humanae 1487 idem Prior in refectorio Patrum mensas novas (opus perenne) de ligno quercino et statis firmas fabricari fecit.

Deinde vero anno millesimo quingentesimo secundo et jubilaeo duo illa insignia fornicibus pulcherrimis recurva et fundamentis propemodum excitavit sacella. Capituli scilicet et Salvatoris. Quorum deinde primum capitulo anno asserto salutis 1503, alterum vero Salvatoris anno sequenti 1504 quod libet cum suis altaribus consecratum, dedicatumque fuit a Reverendissimo Domino Episcopo Sidoniensi Joanne Lassue, eximio sanctissimae Theologiae doctore. Quibus victorum sacellorum et eorundem altarium dies anniversarius dedicationis transtulit in diem dedicationis majoris ecclesiae nostrae sequentem. Sed enim colophonem operi nostro imposturus dem, pater 1510 monstrantiam argenteam, quae etiamnum exstat et in aede sacra reservatur (opus artificio spectabile) fieri mandavit

curavit. Ac deinde anno confecto religiose cursu vitae suae diem clausit extremum, 1511, 8° Kl. Martii. —

20us. — D. Leonardus de Welzlaria. — (1511–1520.)

Hic D. Leonardus fuit post D. Joannis Falckl Prutheni obitum, ex procuratore canonica procedente electione communi fratrum, calculo designatus et confirmatus Prior die 27a mensis Martii anno 1511. Fuit autem annis plurimis, hoc est ab anno 1499 usque ad annum presentem, inauguracionis suae in priorem, solers admodum et fidelis et in re familiari ac domestica summopere administrandi dexter ac industrius. Ut ejus computorum libertatum facit, quem a primo procuracionis suae anno usque ad ultimum prioratus sui diem continuavit, ejus rei ultimam habuisset limitatores. Porro cum status domus post confirmacionem suam, comitantibus senioribus ex conventu a patribus Visitatoribus requisitus fuisset; cum quo sequitur scemate annotatum, exhibuit.

Status domus 1511. —

37. Personae domus hic monachi, inclusо novello Priore, fuerunt octodecim. Conversi professi octo. Donati professi duo. Oblatus unus. Famuli cum una famula tredecim. Equi octo inclusa familia et equis molendini nostri. Frumentarium domus habet summatim 532 R. tritici et siliginis reperit in granariis domus, molendini et domus ad grues circa mille maldra. De avena circa septingenta maldra: seminis reparandi octo maldra, risarum circa quatuor maldra. De hordeo Brasio et lupulo tantum, quantum sufficeret. Et pro cervisia brassanda ad unum annum futurum. De cervisia quantum sufficit usque ad festum Sti Michaelis adbibendum. De vino circa triginta sex plaustra, quod sufficeret tribus annis, sed propter vicinas colendas cogemur partem vendere. Habuit domus insuper eo tempore in censibus perpetuis et redimibilibus, inclusis allodiis et molendinis, secundum communem estimationem 1200 florenos Rhenenses. De quibus dare debuit, aliis in censibus annuatim circa

x circa sedecim florenos : ad reemptionem viginti florenos. In vitalitiis viginti tres florenos. Super ibus fanhostres ad valorem decem florenorum. Agros octogenta quinque. Hoc anno 1511. – Quae et qualia iste Prior autem perscripserit aedificia ex computo quem fecit ab anno 1500 usque ad annum 1520 colligere potes. Inter alia anno 1517 novas sedes in choro monachorum et conversorum et ligno quercino satis pulchras et firmas fabricari fecit.

Hucusque quod in quadripartitis istis veteranis aut similibus aliis vetustis chartis consignata reperi fideliter transcripsi. – In sequentibus vero propter pestilentissimum haeresiarchae Martini Lutheri dogma et persecutiones frequentes catholicorum, maxime ecclesiasticorum religiosorumque, cum prosecutione, ut infra patebit, nihil aut pauca admodum scriptis commendata exstent, difficilior occurrit chronicae hujus prosequendae ratio. Quapropter quod sparsim tantum ex diversis
f. 38. x domus monumentis aut latum relationibus assecutus sum, breviter prout memoriae recurrunt, scriptis assignabo. Dogma igitur istud perversissimum quod annis superioribus pestilens homo sub praetextu reformationis abusuum fidei et Evangelii disseminare coeperat, cum paulatim serpendo cancri instar, et omnes paene fere, invalescit; neenon quoslibet jam sive infimos de grege tantum, sed plurimos etiam magnates et proceres imperii adeo infecisset, ut ejusdem non fautores modo, sed et patronos et defensores acerrimos fortissimosque haberet. Unde toti Ecclesiae catholicae gravissima clades incubuit, contigit et hinc frequentes nascerentur dissentiones, disceptationes, schismata, contemptus magistratuum, bella, seditiones, toto Romano imperio dispoliato; et invasio locorum ecclesiasticorum, monasteriorum, religiosorum, contemptus et persecutio; adeo ferox, ut quicunque iniquior magis in eos existitit et gloriosior religiosorque credebatur, obsequium sic ilicet sese prostitisse Deo reputantes.

x invasio bonorum monasteriù.

* Hac falsa et ementita imagine reformationis Evangelii intoxicatus et illectus Anno ejus secundi millesimo quingentesimo vigesimo quinto (1525.) in bello et tumultu rusticorum, dux Vinarrensis Joannes et Joannes Fridericus filius tunc elector Saxoniæ, principalis defensor hæresiarchæ et stipendiarii Lutheri, monasterii nostri potiora bona et reditus de facto invasit et sibi usurpavit et dicti pagum Rinkleben, allodium in Goldscheuf cum hæreditariis ibidem censibus reditus in majori minorique , majori minorique

donec sopito nonnihil bellorum tumultu: Anno 1535 Lipsiæ in conventu ibidem, Principum imperii (cui etiam æterna memoria dignus, interfuit catholicæ fidei columna illustris dux Georgius frater Electoris:) celebrato; omnia ablata bona ecclesiastica ecclesiasticis in integrum restituenda decretum fuit. Attamen minime stabilis aut diuturna hæc restitutio fuit. Anno x sequenti 1538 eadem bona de facto iterum ad se recepit exceptis tamen minoribus villicis quæ reditibus

. Deos tamen postea Joannes Fridericus dictus, filius Electoris deposita ob Cæsare Carolo V^o ab Electoratu et translato ob rebellionem, denuo in suam redegit potestatem omnes. Donec anno 1567 idem Joannes Fridericus in obsidione et occupatione Gothica captus et a Cæsare captivus detentus fuit. Et frater ejus germanus Dominus Joannes Wilhelmus ei in regimine succedens, sub spe, ut putatur, gratiæ accumulandæ apud Imperatorem, atque inde liberationis domini fratris Joannis Friderici e captivitate, monasteria omnes supra enumeratos ubique locorum reditus, exceptis tantum pago Rinkleben et Goldscheuf, restituit in integro. Quos etiam monasterium in libera possessione et quieta retinuit et quotannis collegit usque post obitum dicti domini Joannis Wilhelmi. Verum eo defuncto Elector tunc Saxoniæ Augustus

tutor

× Tutor junioris principis, curatorio nomine, easdem reddituris in
majori minorique ~~majori minorique~~ Obringen

anno 1573 de facto iterum invasit et mox potestati
subjecit: et usque in presens retinent. Verumtamen cum in iis
recuperandis supplicando, qua voce qua scriptis, nec Cesaris in-
terveniente auctoritate nihil proficerent patres nostri superiores,
sed tantum inanibus verbis et sponsionibus eos lactarent. Com-
pulsi tandem patres Visitatores Ordinis anno 1581 Joannes
Hauptius et Nicolaus Comitius Priores domorum Celle Salutis
et Montis B^tae Mariae liten diucibus indixerunt, et in camera
Imperiali Spirae maximis domus sumptibus hactenus prosecuti sunt,
usque ad annum millesimum sexcentesimum trigesimum, quo mense
Septembri solenni ritu et publico loco sententia tandem finalis Spirae deter-
minata, lata et publicata fuit. Qua dicta duces Vinarenses damnati sunt
1.40. ad plenariam restitutionem omnium in lite pendentium hactarum bonorum
et reddituum, fructuum, praceptorum et omnium sumptuum, expensarum. De
qua re loco plura infra dicenda erunt in gestis quadragesimi tertii Prio-
ris, Deo volente et ipso superstite. Sed nunc unde digressus sum, ut tandem
rerum retatur narratio. Supradictus interim Venerabilis pater Prior Leonhardus
exulceratissimis his catholicae fidei et sacri Romani Imperii cladibus et
persecutionum procellis et gravibus domus discriminibus moerore animi et
senio simul confectus diem suum finivit extremum, requiem quam hic ne-
quivit adipisci, in coelestibus plenius perfectius que consecuturus.

Quo demortuo domus ob temporum, partium, injuriarum et personarum,
quarum causa ignoratur, inopiam; partium, ut satis apparet, frequentes mu-
tationes, institutiones destitutiones que officialium domus, hoc potissimum
magis magisque periclitari et pessumire coepit; adeo ut domui foriique ab
adversariis infestata, jamque desperatam cum omnes suspicarentur, nemo
× eorum qui tunc aderant, qui aquam, licet tot exigno tempore × usque ad
omnimodam ejus desolationem defectionemque habuerit lectorem, quoto tempore
quisque institutus, quanto, qua labitaque processerit, exceptis prodiderit; praeter
nudum

mud eas personarum denominationes sine cognomine etiam et professionis domus consignatione, quod ad cognitum videtur. Quos hic ordine subjungam.

Usque huc secretendit chronica scripta a patre Jo. Christ.

21us. — D. Conradus (1520-1525.)

Electus 1520 Prior professus 5 annis. Sub hujus regimine rebellarunt rustici nostri in Rinecklieben qui tamen implorato auxilio Ducis Saxoniae sedati sunt. Hic etiam deposuit originalia bonorum apud Principes Saxoniae ob motum belli, ut salvaret, sed spe fraudatus, cum maximo domus damno.

22us. — D. Henricus Dillburgus. — (1525-

Rector. Sub hoc senatus rapuit thesaurum ecclesiae nostrae sub protectu custodiae sed nihil restituit. —

(les deux feuillets suivants ont été coupés.) note du copiste en allemand.

p. 41. + 29us. — D. Simon Krauss, Prior. — (

Hujus venerabilis viri frequens diversis in locis fit mentio, quantumvis nihil singulare monumentis traditum est.

Sub hujus Priors regimine ut constanter praedecessores nostri tradiderunt, Agger circum civitatem comportari coeptus est. Quo cumulante graves monasterium nostrum, quae hodie cernitur, fabricarum, aedificiorum, subiit contigit ea devastatio circa annum millesimum quingentesimum quinquagesimum (1550.). Rem refero, uti ex senioribus civitatis hujus senatoribus et civibus, super hoc specialiter requisitis, cognovi. Retulerunt in unam initium incidisse hanc comportationem et aedificationem aggeris eo tempore quo Duces Brandeburgici Moguntinum, Herbipolensem quae devastarint. Ea propter contigisse, ut cum ejusdem tyranni excursio Erfordiam versus nunciaretur, subito machinas omnes portuum, quorum adminiculo terra quotidie, acting antes operi misti antibus, curribus minoribus (certe se agitari x solitis) subvehebatur, destructas esse; in quorum emptas x et expensas singulis civibus in singulos menses tres cum dimidio grossos contribuebant.

Supra traditum est majorem memoriae, quomodo annis superioribus tempore Scyskae pestimi tyranni et antesignani haereticae pravitatis Bohemorum, senatus

senatus timore corumdem, monasterium nostrum muro fossaque
hic
inclusum, intra sub urbium se coperit. Nimirum inter moenia et
murum monasterii tantum spatium, intercessit, ut duo carrus sibi
invicem occurrentes commode et sine impedimento transire
potuissent. Cum itaque in aedificatione et comportatione aggeris
jam ad monasterii terminos ventum fuisset, Prior praefatus ani-
madvertens quod praefatis erat periculum, devastationis mo-
nasterii sensui esse opponit. (Forte tamen indiscrete magis
quam prudenter.) Senatus autem instantiam Prioris et protestationem
flocci pendens, in proposito suo progressus est. Et ingravis damnum
subire vellet cellarum, et aliorum aedificiorum, substructuras mature
dependendas monuit. Verum his nil territus Prior, sed senatus conatum,
p. 42. Imperatoris auctoritate reprimendum suspendendumque ratus, rem
totam Imperatori in propria persona refert; verum inani spe et
effectu. Imperator enim, etsi domus damno doleret, eamque in-
demnem vellet; attamen quoniam, opus hoc in communem Reipubli-
cae bonum dirigeretur, privato alique minime praejudicii debere
respondit. Senatus interim, Priore apud Imperatorem, in castris laboran-
te, aedificia et cellas evertit, terraque, ut hodie cernitur, obruit
sepelitque: duplici domus dispendio et jactura, aedificiorum, scilicet
et supellectilis. Ferunt namque in praxatorio terra obrutum, cacabum
praegrandem, cum necessariis vasis et aliis quam plurimis ejusce-
modi domesticis instrumentis. Hic etiam non silebo quod ab
ab referentibus seniorebus audivi, fides sit penes lectorem. Ioannem dictum
Priorem, quingentis imperialibus potuisse redimere damnum hoc,
si eos petenti Senatui dedisset, sed noluisse. Utinam sit, non dubito, quin
si apud Caesarem, in aula sua laboraturum, divinare potuisset: non
quingentos sed mille etiam volenti animo, cere undequaque contrac-
to, contulisset, quam irreparabile damnum, hoc fieri permisisset.
× Sed scilicet bonus quandoque dormitat Homerus: Hic anno regiminis
sui, in monumentum nominis sui perpetuum, depingi curavit in minori
claustro

claustro duas vaginis, Joannis Bte ac Ste Brunonis et decem episcoporum Lincolniensis et Gratianopolitani imaginibus insignitam tabulam

30us. — D. Jacobus Erbes. — (1557–1559.)

Prior institutus anno 1557 et absolutus 1559. Obit 1567, 10 novembris. —

f. 43. 31us. x D. Henricus Kempt. — (1559–1563.) —

Prior institutus 1559 et absolutus 1563.

32us. — D. Thomas Berckauu. — (1563–1566.)

Braburgensis institutus anno 1563, Prior obit 1566, 25 decembris.

33us. — D. Jacobus Haill. — (1567–1573.)

Prior institutus anno 1567 et absolutus 1573.

34us. — D. Georgius Zentgraff. — (1573–1575.)

Dictus der Brillen vatter, Prior institutus a capitulo anno 1573 denuo absolutus 1575.

x 35us. — D. Joannes Rolandus. — (1575–1585.)

Ex Priore domus Aulae Beatae Mariae in Buschen, ob culpam ibidem, quam contraxerat in priorato, absolutus, proponatur domus hujus institutus a capitulo generali Prior. Unde intelligas quam laboriosus, lamentabilis et difficilis domus hujus status fuerit. Ipse aedificavit in molendino hypocaustum, vernale pro patribus concedentibus in minutionibus. Ob it plenus dierum, podagra enectus anno 1585, 14 Novembris sepultus in minori claustro prope altare Mariae Magdalenae.

36us. — D. Joannes Shöttell. — (

f. 44. Devotus hic pater professus damus x Ste Vitt prope Ratisbonam, post obitum Joannis Rolandi a capitulo generali institutus in Rectorem domus hujus, cum vice gubernationem adiisset, interveniente morte Priorís domus professionis suae a compresbyteris canonice electus Prior, hinc revocatus fuit. —

37us. — D. Sebastianus Piscator. — (1586–

Venerabilis hic pater religione et pietate insignis atque in re domestica satis industrius et fidelis, natione Thuringus, patria Saltzensis. Magno

semper

semper apud senatum favore et gratia valebat. Post revocationem D. Joannis praedecessoris sui a Visitatoribus provinciae D. Nicolao Haupt-tio, ex procuratore domus cellae salutis cujus professus fuerat, in Rectorem designatus et a capitulo generali proximo confirmatus in Lirorum 1586 domum, ubi communitatis destitute administravit. Computa accurate reddidit. Hic vineas prope Dieffenthall de licentia * capituli generalis viginti scilicet agros nobilibus de Rusplischmarder Dominis in Gebesche mille quingentis florenis vendidit hereditarie. Quos diversis in locis adcamptionem, ut apud communitatem, in Effsarin, apud senatum, in oppido Wolckersf et Herbipoli apud patres et confratres nostros et alibi pro annuo pensu elocavit. Quos deinde post-paucos annos quidam successorum prodigaliter venditos quam frugaliter in nihilum dissolvit.

Idem pater perpetuum sui monumentum ex unionibus collectis de veteranis canalis et ornamentis ecclesiae insigne ornamentum pro ecclesia, nomen scilicet Jesu cum rubinibus quinque in holoserico nigro opere polymitario pro sacras virgines novi operis anno 1590 fieri curavit. Qui tandem summa cum laude recenter defuncto D. Visitatori provinciae D. Nicolao Hauptio sic Priori cellae salutis canonica electione a compressis fabricatus, hinc eodem migrare compulsus fuit, ibidemque postliminio anno diem clausit extremum.

f. 45. * 38us. — D. Joannes Duringius. — (

Venerabilis Pater hic natione Francus, religione in Deum et conversatione modesta omnibus gratus et acceptus, cum aliquandiu in domo professionis cellae salutis observandae regularis zelator, egit et vicarium, anno 1594 translato praedecessore. Ipse auctoritate capituli generalis suffectus est in Lirorum domus hujus. Qui paulo post initium susceptae administrationis domum, hortulani novum fundamentis exstruxit. Inde anno 1600 molendinum, quod omnino temporum octato ruinosum, redditum, fuerat magnis sumptibus et aere alieno et singulari artificio restituit. —

Post hoc conversus ad ellarum quarundam reformationem? an vero ad reformationem? nescio sane cujus manu veteres doacas profundas et amplas intra cellas K. I. et M. obstruens, per io muro orientalis plagæ, contra hortum Kirchivulgari + Bocksgarten alias, ad prioribus longe capacitate et firmitate dispares, majori cellarum propter exhalationes dedecore, quam commoditate exstruxit. Insuper pro ornamento ecclesiæ aliquot antipendia pro altaribus et diversicoloribus tapetis. Item omnem ex damasceno albo floribus affabre figuratum, et ex holoserico rubro auro intextuto alterum pro majori altari curavit. Quinimo et rem librariam maxime auxit doctorum Ecclesiæ operibus. Augustini, Hieronimi, Gregorii, Ambrosii et aliorum plurimorum recentioribus editionibus magno pretio et egregia ligatura. Grai tandem quapotissimum necessitate, occultum est, impulsus, suam tamen quorundam honorariis pecuniariis egregiam compensatelam, ut post compertum fuit, integrum mansuram, hoc est triginta selectissimos agros cuidam rustico in Kirchain nomine Henrico Heusigen, ad dictum ibidem alloadium domus pertinentes vilissimo pretio, ad messem, sementem jam maturo clanculum, et inscio conventu non amplius ducentis florenis vendidit hereditarie. Quam ob causam, ubi res patuit, anno 1603 in actu visitationis a priore tum abso-
16. lutus + Quamvis postliminio per successores ejus, ut infra dicetur, maxima ejus consolatione hujusmodi agri judicialiter tandem recuperati. obiit bonus pater in domo professionis anno 1609.

39us.- D. Joannes Vogelius.- (1603-1608.)

Qui ante nam institutionem aliquot annis domus suæ professionis solers fuit procurator. Quapropter anno ut supra meminimus 1603, mense novembri, D. Joanne Duringio in visitationis actu absoluto, ad instantiam tunc patrum professorum, quorum pauci fuerunt, venerabili patre visitatore primario D. Joanne Mulnero Priore domus Hortus Angelorum Herbipoli in Rectorem domus nuncupatus est. Quem deinde anno sequenti capitulum generale in priorem confirmavit. Hic quam primum domus gubern.

gubernandam suscepisset eamque aere alieno satis praegravatam, animadvertisset creditoribus importune instantibus satisfacturus summam capitalem, pretii vinearum in Diesenthall quam pater Sebastianus Friar, ut supra diximus, certis locis ad recemptionem obligaverat, una cum pensionibus reproposcit, accepit; et creditoribus partim satisfecit, partim in alios necessarios domus sumptus expendit. Quinimo et alios splendentes imperiales apud fratres Societatis hic accommodato, non mediocri domus damno suscepit: praeter mille florenos quos testamento recenter professus pater quidam domui legaverat. Quorum admiratio domum anteriorem, commodioribus habitationibus ut potissimum prioratum, cubilia hospitum, instauravit, item aedificiorum parietes in area domus intus foris que vitiosas calce, luto, tinctura et passim picturis illustravit.

Ipse sic
~~Ipse~~ mansum triginta agrorum selectissimorum, de quo supra clam et imprudenter venditum, in villa Kirchheimensi a praedecessore suo, in judicio repetere coepit. Atque alloquium nostrum in jam dicto pago contra antecessorum statutum ut supra adannum 1559 (et 1453) mb d. 4. Iltm anno Priore decimo commemoravit, et definitionem a doctoribus et prudentioribus civitatis hujus factam, f. 47. propriis iterum sumptibus et expensis colere incepit. Sed gravissimo domus damno et certissima ejus dem omnimoda ruina nisi malo per successores maturae restitutum fuisset, prout in praemissis patebit.

Is ipse circa horae dem tempus anno sequenti recte memini 1607 aliud haud equidem minus damnum et confusionem domui sua indiscretione intulit; temere etenim et inconsulte imo contemptis civibus (quorum interest et ad quos potissimum jus aquae Trifontis pertinet) canalem per quem vetustissimo privilegio dicti fontis rivulus derivabat ad hortum nostrum provinciale alendarum truttarum, eum, inquam, propria auctoritate et magis alutatis illis renovare attentasset et conquerentibus et factis rationem exposcentibus dure et indiscrete respondisset, retinere contemptus illi, exasperati (crudelis enim homines sunt

sunt et ad quasvis seditiones faciles) concitatis per eos contribulibus
suis et parochianis Ste Thomae et aliis; unanimiter sese opposuerunt
rivulumque aquae de facto inhibuerunt meatumque obstruxerunt.
Nec ullis senatus auctoritatibus sive admonitionibus, quamvis juratorum testimonio presente senatu et ipsis, manifesta lige a veteris
juris protulisset; placari minus ad restitutionem aquae ductus persuadere potuerunt. Remansit ergo rivarium vacuum aqua et siccum
x multis annis, magna domus ignominia, confusione et jactura et
humptibus non contemnendis. Quibus tamen omnibus facile parcitum
fuisset si amice eis propositum suum insinuasset, nihilque novi
in prejudicium juris eorum se moliturum, praeter renovationem canalis ostendisset. Rogari enim et respectari ut domini irfontis omnino volunt unde sicut faciles sunt ad petita; ita offensi eadem
facilitate concessa revocant. Inspectus loquor. Nam predictum rivulum non modo indignus procurator comiter cum iis agendo recuperavit,
sed Prior insuper et alium pro irrigatione horti Hirci senatus consensu et confirmatione, ut desuper testantur confectae litterae, ab ipsis
impetravit gratis.

His demum commendatione dignissimum opus adjecit hortum
minimum, Nucem, ita olim vocabatur, ex opposito monasterii hactenus
plurimis annis sterilem, et infrugiferum et civium tantum voluptati
et recreationi commodam et cellario noxium. Repleto rivario
quod antecessor ejus inutiliter fodederat: maxima domus utilitate et civium senatus quod displicentia in lupuletum convertit.

Caeterum cum annis quinque majoritate et opinione quam
46. effectu, ut post ejus translationem immotuit, rem domesticam solerter
et frugaliter administrasset, defuncto D. Joanne Adriansonio
majoris carthusiae professo et Priore domus calloc salutis in Ruckelhausen professis ibidem, ob dissidium electione privatis a venerabili patre Visitatore tunc D. Ludovico Hageno Priore in Asthaim, ad domo
hac ad domum Calloc salutis designatus Rector translatus est. —

40.us — D. Andreas Bertzius. — (1608-1611.)

Dictus d. Andreas Aschaffenburgensis domus Horti Angelorum Herbipoli professus anno ejus saeculi 1608, circa festum Purificationis Beatae Virginis Mariae 4 februarii, d. Joannes Vogelio per visitatorem principalem, R.mum patrem d. Ludovicum Hagerum ad domum cellae salutis designato Rectore, Prior a conventu postulatus a visitatore procedito Rector institutus est et a capitulo proxime sequenti Prior × institutus et confirmatus fuit. Fuit autem prioribus tribus amis domus vigilantissimus procurator. In officio autem Prioris confratrum morum amator insignis, animi candore praecipuus et de regularis disciplinae servidus, pietate eximius et in re domestica admodum industrius et dexter. Proinde licet nullo prorsus dio pecuniario fulciretur, quo praedecessor ejus apprime fuerat affultus, imo gravissimis quibus tunc domus adversis praemebatur clad ibus et infortuniis, morte scilicet et interitu duodecim fortissimorum insignium que equorum, spatio vix integri anni, sive dj an praestigiis et malitia hominum, ut quidam putaverunt; sive indiscretis laboribus et negligentia famulorum circa debitam curam equorum, quod omnino creditur, contigerit: tua nihilominus singulari prudentia et dexteritate evicit, ut nedum ocs alienum nullum contraxerit, sed e contrario de ex contracto ab antecessoribus suis plurimum exsolverit.

Hic anno primo regiminis sui qui fuit 1608 per Hugonem Sommer postea apostatam, tabulam in majori gallilaea juxta litteram E, olim C parieti
f. 49. affixam, pingi curavit. Item eodem anno casulas duas ex tapetio sericeo floribus distincto, dono aliquando Reverendi et eximii Domini Jacobi Schollae sigilliferi Moguntini Archipresulis et canonici Beatae Virginis Mariae Erfordiae oblato: hic eodem cum suis duos pro altaribus, antipendium unum pro altari Sanctae Trinitatis. De alio etiam tapetio rubri viridisque coloris pro altaribus Sanctae Crucis et Apostolorum alia duo fieri fecit; his adjecit cum suis duos alios ex corio diis colorato auro argento que conspi-
cuo

cuos. Eodem tempore Icones Patrum Eremicolarum in choro monachorum eorundem sedibus suspendit. Vela quoque quadragesimalia cum suis picturis et antependiis eodem anno in ecclesia pro altaribus curavit.

Anno sequenti 1609 agros hereditarie in Kirchain, aliquando per antecessores perperam alienatos, judicialiter recuperavit restituto pretio ducatorum florenorum. Item dem hortum allodio nostro contiguum a parte occidentali cum domo ad eundem pertinente ab quodam item dem incola juxta justam emptionis acquisivit. Pro ecclesia quoque 1 ex candelabra ex stanno pulchra statis fieri curavit. Et in domo Capitulari ad Grues hypocaustum nimis cum celina edificavit.

125. + D. Nicolaus Ruen ex Partibus hesperioribus, Procurator. +16 Maii 1507. (obiit ex ch. 1507.)

126. D. Otto Hacke vicarius obiit 1507. (10 Mars). (obiit ex ch. 1507.)

127. D. Udalricus Suevus obiit 1515. +21 Junii 1514. (obiit ex ch. 1515.)

128. D. Georgius Wasserfuerer Lutenus procurator.

129. D. Mauritius de Zefelt. Hic statim post professionem, mox in phantasticum sensum incidit et mansit in utilis usque diem mortis sue. Professionem fecit

fecit 1485. et obiit 1517. (obiit ex ch. 1517.)

+130. D. Leonhardus de Wetzlaria procurator, prior. Intravit ordinem 1488. + ch. 1528

131. D. Joannes de Erfordia sacrista, indutus 1489. (obiit ex ch. 1519?) –

132. D. Theodoricus Saxo indutus 1489 obiit 1512. (obiit ex ch. 1512)

133. D. Winoldus de Daventria infans datus et in utilis factus, professus est 1491. + ch. 1538

134. D. Joannes Schreffler Norimbergensis professus est 1499 (prob. ab. 1492?) (obiit ex ch. 1506)

135. D. Caspar Steinmetz professionem, edidit 1497 die Ste Matthei, obiit 1507, (+ ex ch. 1507)

136. D. Joannes Hackenberg sacrista professus est 1503, obiit 1520. + ex ch. 1520.

137. D. Lucas Rasoris de confluentia professus 1503. (est oriundus a Lach Ste 1525) (+ ex ch. 1517)

138. D. Nicolaus Claudicans de Koburg cantor professionem, fecit 1505, obiit 1517?

1.75. +x 139. D. Marcellinus professionem, fecit 1506, 2 Januarii, prior. (+ 5 dec. 1542 ex ch. 1543)

140. D. Georgius Francke vicarius, post procurator, professus est 1506, obiit 1535 (ch. 1535.)

141. D. Joannes Amicus de Kern vicarius et procurator, professus 1506 in festo decollationis Ste Joannis, qui post anno 1520 (1526?) in cella Tau habitans, defunctus magno domus dispendio discessit.

142. D. Matthias Eisskirchen de terra Tubacensi primo donatus postea monachus fecit professionem, in die Lucie Virginis 1508, secundo procurator domus, ultimo sacrista et collector posterioris chronicae quam scripsit 1519. (ob. ex ch. 1527)

143. D. Petrus Franco cantor et concionator bonus professionem, fecit 1509 in octava? octobre Innocentium (sic)

144. D. Henricus Saxo professus est in festo Ste Michaelis 1514.

145. D. Joannes Goldtfach professus est 4a die post S. Valentini festum, 1516.

146. D. Job Erfordiensis professionem, fecit 1502 (1520) (sic) in festo Ste Martini.

147. D. Theodoricus Jans obiit

148. x x D. Fridericus Conditz obiit 1418 (1518) (sic)

149. D. Antonius Frasino

150. D. Stephanus Schinck

\+ D. conradus N.. Prior.

\+ D. Henricus N... Rector.

\+ D. Andreas N... Prior.

\+ D. Marcellinus N.... Prior.

+ D. Jodocus Hess Prior hospes. (+ 23 Sept. 1539 ou ch. 1540).
+ D. Conradus de Luttenberg Prior. (+ 5 Aug. 1561 ou ch. 1562.)
+ D. Benignus Lampe Prior. (+ 1er Janv. 1554 ou ch. 1554.),
D. Joannes Ellern procurator. Hi duo proxime ponti Prior et procurator declarati sunt a capitulo generali professi domus anno 1546.
c'est vrai pour D. Benigne et pour D. Joan.

Professi post recuperationem domûs
(per datam Domum)

+ D. Hermannus N.. Prior. (+ ou ch. 1555).
D. Petrus Henricia Misnensis.
D. Casparus Faner de Gotta. (obiit ou ch. 1564).
+ D. Simon Krauss Prior.
D. Joannes Mohr Northausensis obiit 1598. (obiit ou ch. 1586.)
+ D. Jacobus Erbensis Prior. (+ 10 Nov. 1567 ou ch. 1568.)
+ D. Jacobus Heill Kasperensis Prior. (+ 23 Janv. 1574 ou ch. 1574.)
D. Mathias Baumeister de Kalba
+ D. Henricus Kempf Prior professus cellæ Mariæ. (+ ou ch. 1566.)
f. 76. + × D. Thomas Berckaw Brandenburgensis Prior. (+ 25 Dec 1566 ou ch. 1567.)
D. Joannes Gerlach de Saltzung.
+ D. Georgius Zentgraff Prior. (+ 19 Sept. 1575 ou ch. 1576.)
D. Joannes Kelner Bambergensis. (obiit ou ch. 1576.
+ D. Joannes Rolandus Prior hospes. (+ 14 ou 16 Nov. 1585 ou ch. 1586.)
D. Joannes Lindstatt Langermundensis in Marchia filius peregrinationis.
+ D. Joannes Georgius Schöttell Rector hospes. (+ ou ch. 1598.).
D. Tiethelmus Blaser Helvetius, vicarius. Huic devoto patri, ut a patribus nostris referentibus accepi, mille diabolus struxit insidias ad expugnandam virtutem castitatis ejus. Cubanti equidem olim aliquando in statu puræ mortificationis, mane hora quasi quinta, inimicus humani generis formam mentitus et speciem ancillæ hospitalarii nostri, cubiculum introgressus lectulum gemens et flens mœstitiæ arbitrio stravit. Ille ad tam inopinatam ancillæ (pro inopinata f.l.) ingressum, territus, tremens ac stupens cum indignatione, cubiculi eam exterminare nititur, verbis etiam addens minas, nisi (nisi f.l.) mi cito recederet. At illa, dolorem inquam, in forma ancillæ præmens, ululansque rogare bat, ut misereatur in angustiis constitutæ foeminæ, immemor non sit sine culpa a
× Domino

domino suo hortulano male acceptam, et (et cognus domo t.l.) otius etiam domo exturbatam, querentem
ut ad medicum, tempus ipsam confoveret, obnixe et cum lachrymis postula-
vit. Atque hoc interim dum lachrymunda refarcbat, animum, dicti patris
lenire ac mulcere subinde procacis instar mulieris attentans, lectica ejus
propius se, (paulatim, ipso insidio et incaute ingressu adjunxit et admittitur t.l.) inscio illo, adjunxit ac demum etiam ipsam scandere dum
imprudenter intendit et admittitur. Ille protinus, divina cum protegente gratia
insidiis et periculo animadverso, lecto exiliens, et propere ad exturbandam, procu-
-ram superiores evocaturus excurrit. Veniunt illi, sed quam (ejiciunt aut exturbant) exturbent inveniunt
neminem, sed enim vestigia ejus diligacius investigant non hominis
sed pecudis subinde pavimento impressa offendunt. Rei ergo novitate latas
qui convenerant perculsi, veritatem (certius t.l.) verius explicaturi, protinus hortulanum
accersunt, cumque sinceram, mane male tractatam, domo expulerit
f.77.- inquirunt. Negavit ille, asserens (quoniam) quam nec duriori verbo quidem eam confu-
-lasset. Patres ergo discussa rei veritate insidias inimici agnoscentes, Dei
collaudaverunt misericordiam, et benignitatem, ut qui servos suos non sineret tenta-
-ri ultra id quam possent sustinere, sed faceret etiam cum tentatione
provectum (ventum t.l.). (obiit 1597, 9 sept. - ajouté par Lottley, dans sa chronique.) — (+anch. 1598.)

D. Joannes Wolfius Mulhusanus vel propter filios peregrinationis.

D. Jodocus Molitor Heiligenstadianus, egregius et industrius formator
specimen artis suae etiamnum monstrantium, videlicet, nunc piorum
eleemosyna auro argento que fulgentem, in ecclesia monumentum reliquit
sui. (obiit ca ch. 1601.)

+ D. Sebastianus Piscator Prior hospes. (+10 Mai 1610 ca ch. 1611)

D. Marcus Marini Brixiensis vicarius hospes. (+ ca ch. 1614.)

D. Joannes Romanus vicarius hospes, professus conventus Rutilanus
apostata,

D. Martinus Mohr vicarius hospes, professus Bruxellensis. (obiit ca ch. 1597.)

+ D. Joannes Durinquius professus cellae Salutis, Prior. +15 oct. 1607 ca ch. 1608.

D. Joannes Piscator procurator professus cellae Salutis obiit 1598. +16 Aug. 1597.

x x D. Bruno Eitelius Brixiensis procurator professus Ratisbonae obiit 1620. (+ ca ch. 1611.

D. Henricus Wolfius olim Societatis Jesu professus Friburgi, vicarius.

D. Joannes Schauerr filius perditionis.

D. Leonhardus Ebers Eysodianus professionem fecit in die natalitis 1598. qui anno 1608 die vigesima Januarii, quo die celebritas sanctissimi nominis Jesu solenniter angelebatur, in delirium incidit et usque hodie in eo furoris statu manet, obiit 1636. — (obiit ex ch. 1636.)

D. Henricus Kirchoff Marianaensis sacrista et procurator, senior professus in Purificatione 1599. Obiit in captivitate extra monasterium, anno 1635 + ex ch. 1636.
(le copiste accentue les mots parlés en encre bleue pour indiquer sans doute qu'ils ont été ajoutés)

D. Simon Weissenus procurator professus Horti Angelorum.

D. Conradus Hundt vicarius Aschaffenburgensis vicarius professus Horti Angelorum.

D. Hugo Summer Francofordianus ad Oderam professus 1601. pictor et filius perditionis.

D. Joannes Weltz Franco Herbipolensis professus 1601 in festo Philippi et Jacobi, sacrista, vicarius, procurator. obiit in captivitate hæretica extra monasterium, anno 1634 in domo ad capsendum forte contra scholam juris. + ex ch. 1635.

+ D. Joannes Vogelius Fuldensis professus Horti Angelorum, Prior.

+ D. Andreas Bertzius procurator, Prior.

f. 18. × D. Isaac Faber Minorstadianus professionem fecit anno 1602. vicarius, apostata, patricida. v. de folio 5

+ D. Joannes Arnoldi Pilinganus ex Hercinia Sylva professionem fecit Herbipoli pro domo hac sub R. Joanne Mullaro visitatore provinciæ, eodem die Presentationis Beatæ Virginis Mariæ eodem anno et sub eodem sacro quo nefandus et deplorandus homo iste Isaac. Vicarius, procurator et indignissimus Prior. In laboribus a juventute mea. Exaltatus autem et humiliatus et conturbatus. In me transierunt iræ tuæ et terrores tui Jesu conturbaverunt me. Elongasti a me amicum et proximum et notos meos a miseria. Verumtamen Domine Deus salutis meæ misericordias tuas in æternum considerans cantabo. Obiit 1638. (ex ch. 1639+)

200. D. Philippus Hunckell Hersfeldensis procurator professus 1606 in festo Sti Michaelis. Obiit 1637. (obiit ex ch. 1637.)

D. Philippus Pithan vicarius, professus Horti Angelorum, Patricius Francofurdensis ad Moenum.

D. Jacobus Bilag Osnabrugensis professus 1608. (ob. ex ch. 1633.)

+ D. Joannes Naundorffius Prior hospes. (obiit ex ch. 1637.)

+ D. Bruno Fleischman vicarius institutus in die Ste Visitatis 1611. Prior 1616. (obiit ex ch. 1660.)

× D. Petrus Blatter Ehingensis huius sacrista, procurator, professionem fecit 1611 in festo Ste Vincentii martyris. (obiit ex ch. 1645.)

D. Joannes Kirsch Meringius professus est in die Sanctissimi Patris nostri Brunonis anno 1611, sacrista admodum diligens et sollicitus officio suo digne fungendo. (obiit ex ch. 1653.)

D. Michael Dulcken Herbipolensis professus est anno 1615 in die conceptionis Bte Virginis Mariae, sacrista, procurator et vicarius (obiit ex ch. 1658.)

+ D. Sebastianus Borberger professus D. Horti Angelorum, vicarius, modo Prior cellae salutis in Tuckelhausen.

+ D. Michael Bender professus cellae salutis, Franco, vicarius, modo Prior D. Montis omnium Angelorum in Imale.

+ D. Petrus Herbst Herbipolensis, professus 1621 Nativitatis Bte Virginis Mariae, procurator et Prior venit 10a Julii 1638. — + 27 dec. 1647.

D. Kilianus Stengell item Herbipolensis professus 1621 nativitatis Bte Virginis Mariae. obiit. (obiit ex ch. 1650).

(ce qui suit est écrit en bleu — et a été ajouté après D. Arnoldi.)

+ D. Franciscus Herbst professus in Ostheim, Prior. (obiit ex ch. 1664.)

+ D. Laurentius Wartenberg per chartam capituli institutus in priorem, venit ad domum, die 17a Julii 1650 et 1653 in priorem cartusiae

f. 79. × in Regensburg institutus. (obiit ex ch. 1668.)

+ D. Joannes Lotley 19a Julii anno 1653 in Rectorem huius D. institutus et a Rdo Patre supra annum in priorem institutus et confirmatus.

29a Junii anni 1657 venit ad nostrum in Bum P. Philippus Schamberger professus D. Mogunciae per chartam capituli in procuratorem institutus.

f. 80. ×

Cathalogus
Hospitum Monachorum.—

D. David Clericus professus S. Paradisi B^tae Mariae in Prussia ob^it 1465.
D. Erasmus
D. Christophorus Schmidt
D. Jacobus Ubyt
D. Joannes Mandtgraff
D. Nicolaus
D. Andreas
D. Hermannus Affelius professionis Coloniae.
+ D. Gerardus Agricola Lotaringus professus Moguntiae
D. Michael Werda
D. Joannes Australis professus carthusiae.
D. Joannes Hildesius. Hic Joannes diaconus eodem fere anno quo
× per capitulum generale hospes de domo Pontis B^tae Mariae ad hanc
domum hospitalem missus venerat, votis et religionis professionem
nefas oblitus partim propriam relictis et libidine, ut ipse nobis fatens con-
fessus erat interrogatus, partim etiam malevolorum hominum fallacibus
promissis subversus fugam arripuit, et ad haereticos hic in civitate spe
potiendae cujusdam honestae, ut promissum erant, conditionis, ducta uxore
confugit. At tarditer spe malesuasus famae cogente custodiam accepta
civitatis, et in suo ore vultus sui, nec tamen ad vitae actionem, quae tidianum
divinarum vicem apparentes ulciscente vindicta, cogitur comparare
victum. Annum jam agebat trigesimum, totus canus et bacilla im-
mixtus dum istuc retulit 1606 et paucos ostiatim emendicabat. Verum
licet omnibus esse spectaculo, ipse tamen neminem crudelior quam
sibi metipsi (licet toties admonitus de conversione) exprobrantia quod valde
verendum est, ad octernam transivit miseriam, anno 1608.

D. Joannes Leiger Philosophus fuerus: Iste vir post haud contemnendae
f. 81. doctrinae quae mente nomen philosophi obtinuit × curiositate quae dam Ductus

ductus turrim ecclesiæ, ignem inde, qui voracibus flammis cuncta
circumdederat, spectaturus ascenderat. In descensu cum casu
ad gradus offendisset, decidens per totum templi intra flores
templi parimento illiditur membris et corpore ut cunque debilitatus sed
ictu restitutus diu post superavixit.

D. Georgius Beyer Prior Montis Sanctæ.

D. Adrianus Dorpius Brabantus professus Bruxellæ.

D. Georgius Schöttle professus Ratisbonæ.

D. Reynerus Bimdicke Daventriensis.

D. Antonius Van der Eleng professus Gandavi

D. Bernardus Hain Juvenis professus Herbipolensis.

D. Kilianus Balbach professus de Ponte B^tæ Mariæ.

+ D. Jodocus Gross Helvetius professus Friburgi Prior Gisingæ et Rector in Illibach.

D. Joannes } ambo professi de Valentianum in Picardia.
D. Georgius }

D. Martinus Faber professus Aulæ B^tæ Mariæ.

D. Joannes Pistor professus Juvenensis.

x x D. Mathias professus in Thals.

D. Georgius a Gich professus Hortæ Angelorum,

D. Erhardus Winhaim Albimonasius professus Hortæ Angelorum, Instructor meus. —

D. Matthæus Dimer Uberlingensis professus cellæ Salutis.

D. Dominicus Hertzog professus S^ti Viti Ratisbonæ 1613.

D. Macharius Waldtchirchensis ex hæreticia Sylvæ Juvenis professus de Ponte Beatæ Mariæ 1615.

D. Bruno Butzmann professus in Thals Helvetius 1627.

D. Nicolaus Pfissus Magonus Carthusiæ.

f. 82.

Cathalogus

Fratrum Conversorum domûs professorum.—

Fr. Henricus primus conversus.
Fr. Joannes Sutoris obiit 1425.
Fr. Bernardus Korbeck obiit 1428.
Fr. Joannes Morth
Fr. Henricus Beltzer
Fr. Henricus von Saltza
Fr. Henricus Pfluger
Fr. Nicolaus Serwitzen obiit 1449.
Fr. Liborius
Fr. Nicolaus obiit 1419.
Fr. Joannes Lunger
Fr. Joannes Sartor. Hic frater Joannes in recenter exstructis et excitatis fundamentis domus hujus fuit quinquennis et circiter ludos pueriles exercere solitus fuerat. Et postquam adierit annum aetatis vigesimum ordinem suscepit et habitum conversorum diu vita superstes. Ea ejus fidelis narratione chronicon comportari coeptum est anno 1437 ipsius verae octogesimo. Hic eadem quae supra de Architecto dicta sunt de Turre, ejus pulchritudine, elegantia, fractura oculi commemorasse constabilus constabit. obiit 1444.—

x Fr. Richardus germanus b. Hermanni professi in Grauman, unius ex quatuor primis Patribus.—
Fr. Petrus Schmidt
Fr. Henricus Schulmeister
Fr. Gebenhardus.
Fr. Jacobus
Fr. Joannes novitius
Fr. Paulus Dictator chronicae obiit 1439.
Fr. Joannes Pfanzgrebe obiit 1420.

Fr. Henricus Witzleben
Fr. Gerhardus von Prag
Fr. Iylo Becker
Fr. Joannes Gebuss
Fr. Joannes von Greuman
Fr. Henricus Ruckell
Fr. Joannes Tryptis
Fr. Hermannus
Fr. Joannes senior Becker und muller.
Fr. Henricus Pflüger
Fr. Henricus Koch
Fr. Haricus von Neuenburg
Fr. Georgius nobilis obiit 1465.
Fr. Hartungus von Mulhausen obiit 1464.
Fr. Titzell
Fr. Joannes Calcifex
Fr. Laurentius Faber / fabricavit / omacum, ferream, antiquam, refectorii. ob. 1492.
Fr. Joannes Pellifex obiit 1492. -
Fr. Henricus Sutor
Fr. Nicolaus Cipser sutor obiit 1507.
Fr. Casparus Pellifex obiit 1496.
Fr. Thomas Pictor.
Fr. Joannes Tungschmidt professus 1480.
Fr. Paulus Pratensis, sutor obiit 1507.
Fr. Joannes Schmidt
Fr. Dionisius Pratensis Pellifex, professus 1481.
Fr. Antonius Sutor obiit 1507,
Fr. Conradus Figulus professus 1489
Fr. Antonius Slesita Sutor.
Fr. Jacobus Pellifex cellarius obiit 1523.
Fr. Joannes Westphalus sutor obiit 1567.

Fr. Jacobus Sueus

Fr. Michael Franco professus 1500.

Fr. Jodocus Slesita professus 1500 obiit 1507.

Fr. Bertoldus Sartor.

Fr. Joannes Ratz Pelliser professus 1509.

Fr. Balthasar Esordianes hutor professus 1509.

Fr. Joannes de Affalter agricultor.

Fr. Franciscus

Fr. Andreas Pellifex.

Fr. Leonhard

Fr. Clemens Joannis vixit in ordine.

Fr. Henricus Keiser obiit 1507.

Fr. Jacobus de Ottingen.

Fr. Andreas Cousisch de Regnitz.

Fr. Valentinus Schwab ex villa prope Buchsheim, celavius 1566.

Fr. Joannes Muller Sartor et portarius de Memmingen.

Fr. Georgius Mayer

Fr. Heinricus

Fr. Jacobus Haben

Fr. Jacobus Gobell Franco von Gmünd professus 1606.

Catalogus Fratrum conversorum, hospitum.—

Fr. Stephanus conversus professus Pontis B^tae Mariae.

Fr. Wigandus professus in Ilnbach.

Fr. Martinus Schreiner

Fr. Martinus Thalhammer

Fr. Martinus Rummermond

Fr. Georgius professus D^e Herbipoli

Fr. Joannes professus D^e Pontis B^tae Mariae.

f. 84. Cathalogus Donatorum, hujus Domûs.—

Fr. Petrus Dusais

Fr. conradus Seber

Fr. Albertus Stotternhain,

Fr. Friderieus Sutor obiit 1439.

Fr. Hermannus Pellifex obiit 1464.

Fr. Stephanus portarius.

Fr. otto Screiber obiit 1464.

Fr. Theodorus Ruttenberg

Fr. Erhardus sacerdos.

Fr. Joannes sacerdos.

Fr. Mauritius Serwitz hic cum parentes satis magnam substantiam et rivalitia optima obtulit monasterio.

Fr. . Krafft obiit 1508.

Fr. Henricus von der Sala

Fr. Laurentius obiit 1474.

Fr. Ernestus

Fr. Conradus portarius obiit 1518.

Fr. Joannes sutor obiit 1507.

Fr. Michael Franck obiit 1517.

Fr. Joannes hic cum portarius obiit 1523.

Fr. Michael Hatell

Fr. Mathias Eiskirchen vitavit domum anno 1504, postea factus monachus fuit procurator et deinde sacrista, in quo officio scripsit ultimum chronicon domus quod disparuit.

f. 85. x Cathalogus Rèditorum.—

Michaell

D. Joannes Eigentantz

+ D. Lantfridus Baldwini postea monachus et prior domus fuit....

Cathalogus Prabendariorum.

D. Theodericus Volcker
D. Joannes Steyr
D. Joannes von berge civis Gottensis.
D. Henricus Eckersleben.

Cathalogus Servorum perpetuorum, sive Oblatorum.

Henricus Hesse
Joannes Koch
Titzell
Conradus hic fugit altero anno.
Conradus oblatus 15-01.
× Andreas Gruss oblatus obiit 1572, 27 Augusti. ××


---

alienabilem; // Ultimus Prior Ambrosius Brunner professus Domus hujus quo custode abrogata est carthusia 1803, 23 Martii per commissarios Regis Borussiæ. —

Ita chronicon D. Joannis Arnoldi asservatum Erfordiæ. Manuscript original a 85 feuillets écrits — la copie a 86 pages in folio (0,350 par 0,218). —

Valsainte 16 Juin 1894
fr. Pal B. —

Chronica



Cartusiæ Montis Stⁱ Salvatoris

Erphordiæ in Thuringia

Collectore Venerabili Patre

Joanne Lotley Priore

Nota. — Cette chronique de D. Jean Lotley ne nous a été signalée qu'après celle de D. Jean Arnoldi. Elle est plus complète, mais elle reproduit le plus souvent Arnoldi. On a fait faire une copie fotographique sur la grande Chartreuse en 1893. C'est sur cette copie que la présente chronique a été prise. Les chiffres en marge indiquent les pages de l'original, qui est aussi à Erfurt.

Chronicon Carthusiæ Montis Sᵗⁱ Salvatoris Erdfordiæ in Thuringia.

Est inter Hassiam et Thuringiam ditio Archipresuli Moguntino subjecta, quæ vel a veteribus quercetis Eichfeldia, vel a gelu et frigore Eisfeldia dicitur: in hac regione mons est præelsus avita religione et miraculorum gloria insignis, uno circiter milliario ab Hassiæ oppido Eschwig, in cujus vertice augustum visitur templum Sancto Salvatori sacrum, quem veteres ob crebras et mirificas opitulationum variarum in morbis, vulneribus et clavicationibus aliisque id genus difficultatibus divinitus concessas operationes auxilii, seu Adjutorii dixere Montem, vernacula Sankt Gehülffensberg.

Ad hunc ergo montem cum quotannis maximus fieret ob prædicta divinitus illinc increbrescentia miracula concursus hominum, oblationesque et dona, quæ larga et pia manus illuc peregrinantium turba in Deum obtulerat, in dies accrescerent, in tres divisa fuere partes, et unam et primam quidem partem, qui in propinquo habitant, et locum a depredationibus defendebant, acciperent nobiles: alteram, quæ divinas inibi die noctuque devote personabant laudes, moniales: Tertia vero in usum
2 et utilitatem cederet, qui illic sacra curabat, sacerdotis | Quocirca qui anno ejus sæculi 1370 et sequentibus hujus Ecclesiæ curam agebat, maximis inde auctus divitiis, cum ad extrema, viam jam universæ carnis ingressurus, devenisset, amico suo Reverendissimo administratori et prænobili Dño Joanni Ortonis Ecclesiæ tunc Dorlarnensis præposito, vivo pio negotium testamento dedit, ut in honorem Dei animæque suæ subsidium illas ipse conferret: spondet hic et fatis pie in Dño succumbit ille. Volvitur interim a Christi gratiosa Nativitate supra millesimum trecentesimum septuagesimus primus annus, cum ecce prædictus Reverendissimus Administrator et prænobilis Dñus Joannes Ortonis de Boymelberg prope Eschwig in Hassia, Reverendissimi Archipresulis Moguntini provisor et Præpositus Ecclesiæ Dorlarnensis (quæ in Salzam olim translata fuit) fidei et sponsionis suæ minime immemor, sanctissimi et gloriosæ admodum opinionis et sanitatis Ordinis Carthusiensis odore suavitatis (quem per ea tempora, luet in terra -

versaretur horroris et vaste solitudinis per diversa mundi climata longe lateque mirifice diffundebat / et fama sanctitatis excitus et provocatus divina prorsus instigante
ut mox ex sequentibus apparebit luculenter, benignitate animum adjicere capit
pro nova apud insignem Thuringiæ Metropolim Erfordiam, scilicet, præfati Ordinis
Carthusiensis erigenda excitandaque domo insigni. Quapropter tam suarum quam
supra memorate Plebani (sub testamento sibi creditarum) diligente et accurata /
3 facta computatione facultatum, protinus Archi Episcopum Moguntinum Joannem
hujus nominis primum, ipse et Reverendissimus Dns Herbordus de Sponcgenberg Dte
Severi Erfordie Præpositus, pro licentia ædificandi demississime interpellarunt et impetrarunt ultima Novembri ejusdem anni superius memorati, hac sub conditione, ut
Monachi exstruendo monasterio potiturii, eo mortuo obstricti forent pro anime illius
immortalitate quotannis solemnem Deo offerre hostiam. Concesserat id ipsum jam ante
hujus in sede Moguntina prædecessor Dns Gerlacus, sed morte præventus literas mandatorias expedire non valuit. Tenor literarum Joannis Primi est iste: (30 nov. 1371).

Joannes (A). Dei et apostolicæ sedis gratia, Sanctæ Moguntinensis sedis Archiepiscopus
Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Universis Christi fidelibus tam
præsentibus quam futuris, ad quos præsentes pervenerint, salutem in Dño et subscriptorum perpetuam cognoscere veritatem. Deo dignum non ambigimus obsequium
præstare cum pastoralis nostri regiminis officio ab Altissimo nobis credito, ad augendum
in nostris civitatibus et ditione divini cultus claraque religionis ministerium, in quibus
jugibus perpetuisque temporibus Omnipotenti Deo famulatur et Christi fidelium devotio
salubriter incrementum recipit, diligenter insistimus et serventius insudamus. Christus
4 enim Jesus descendens a Patre ad / mundi infima pro redemptione generis humani instituendo legem novam pro veterem prius typice designatam, eam vitæ asperitate, claritate
doctrinæ verbis pariter et exemplis servandam manifestavit et per totum orbem terrarum
nunc per se, nunc per suos Apostolos prædicando abundantius dilatavit. Hanc quoque
legem sicut ipsam in sua majestate Deus Pater ab æterno ordinavit, sic etiam hujusmodi legis factores et propagatores sua sapientia præscivit in tempore inter quos secundum
dispositionem temporis, humilis et Sancta Fratrum Ordinis Carthusiensis caterva processit,

(A) Les corrections sont faites d'après une copie de l'original qui est à Magdebourg - 1879.

quâ quasi exemplar vitæ Salvatoris omnium (sic) in terris quondam pro salute nostra
degentis reducens vitam sui Præcursoris, ac deinde Patrum Sanctorum, quorum vita
et conversatio, eorum regula dignoscitur, clare et præ cunctis clarius exprimens:
Cujus quidem caterva Fratres, sicut scimus, sub arctiori regula, strictiorique disciplina
Christi imitatores et prædictæ Legis observatores, sicut firmiter credimus, et indubitanter
speramus per eosdem in fervore charitatis amplioris iram Dei pro totius sæculi rea-
tibus et culpis incessanter debitam, mitius complacari. Hinc est, quod sicut ex petitione
devotorum nostrorum honorabilis Herbordi de Spangenberg, Ste Severi Erffordensis et
Sti Joannis Ordinis Theutonici de Aldendorff, Dorlacensis, Lubecensis Præpositorum nostræ diœcesis
5 didicimus, quod ipsi divina gratia incitati et piis moti | affectibus, desiderantes et
intendentes temporalia in perpetua, et transitoria in æterna fælici commercio commu-
tare, fælices se existimarent, si ipsorum ad hoc faciente solicitudine expensisque
et opportunis laboribus ipsorum suffragantibus, eundem Ordinem Carthusiensem ad
partes Thuringiæ, videlicet nostræ Moguntinensis Diœcesis, ubi dictus Ordo adhuc penitus
erat incognitus, deducere, novam domum ipsis erigere, dotare, instituere et instaurare
valerent, ut plebs ibidem, nobis commissa, eorum Sanctis erudita exemplis suæ devotionis
proficeret incrementis. Quodque Fratribus ipsis et eorum Ordini, videlicet Priori Generali
et Capitulo Carthusiensi non sine ferventi desiderio suæ devotionis hujusmodi diu conceptum
propositum exponi, et certum locum vel in Hochheim prope oppidum nostrum Erffordense
vel in suburbiis ipsius oppidi nostræ diœcesis pro capella, cellis et aliis pro domo et Conventu
ipsius Ordinis convenienter construendis, de nostra nec non de honorab. (sic) Decani et Capituli
Lubecensis nostræ Moguntinensis et quorum interesse potest consensu et voluntate suis sumpti-
bus acquirendis et construendis cum omnibus ornamentis, libris et quibuscumque aliis
juxta modum Ordinis pro Conventu pleno necessariis ac redditibus ipsis in omnem eventum
opportunis ad laudem et honorem Omnipotentis Dei, gloriosissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ
6 et Beati Joannis Baptistæ patronorum Ordinis | prædicti, pro ampliatione Ordinis cupientes
dictam patriam Thuringiæ bonorum Fratrum et Ordinis prædictorum non esse inexpertam:
sed per eosdem ac eorum intercessionem tam quoslibet (sic) in eadem terra degentes subditos nos-
tros, quam alias vicinas illuminari candore lucis æternæ misericorditer et salvari, liberaliter

offerri fecerint et donarint quæ et ab eisdem quorumtum in eis est, ne si refutassent, culpabiles existerent, humiliter et devotissime sint admissa, et ab eisdem attemptata prout in literis et instrumentis desuper confectis plenius dicitur contineri. Ut post hæc etiam quondam felicis recordationis Venerabilis Pater Dns Gerlacus tunc Episcopus Moguntinus noster immediatus predecessor hujusmodi Donationem, erectionem, dotationem, institutionem et instauracionem, ut sic factas et faciendas admiserit et approbaverit, ac etiam expresse consenserit in eadem, licet morte preventus literas suas non dederit super eo. Quare dicti devoti nostri Herboldus et Johannes Prepositi, tam quam dicta boni operis principales executores, dotatores, institutores et instauratores, humiliter supplicarunt ut ad easdem erectionem, dotationem, institutionem et instaurationem factas et faciendas nostrum consensum benevolum adhibendo, ea auctoritate nostra ordinaria confirmare et approbare dignaremur. Nos igitur qui juge solicitudinis studio domum Dei libertate fructuum cupimus abundare, ut nostra fidelis devotio sanctis predictorum operibus erudita ad altiora conscendat, affectantes prout debito injuncti officii nobis teneamur curam debitam impendere locis piis et Deo dicatis, et eadem in suis libertatibus inviolabiliter conservare, nec non ex eo fieri participes orationum et bonorum operum aliorum dictorum Fratrum in dicta nova structura pro tempore militantium ac totius sui Ordinis, Donationem, erectionem, dotationem, institutionem et instaurationem per hujusmodi Prepositos factas et faciendas, nostrum plenum, liberum et expressum adhibemus consensum, annuentes dictis Prepositis et Fratribus ut in altero locorum supra dictorum nostro subjecto regimini, videlicet in Hochheim, vel suburbiis Erford: capellam, cellas et alia eis ibidem convenientia construere, divina officia libere celebrare, ibique conventum habere, aliaque Dei opera exercere secundum ordinis statuta et privilegia, nec non canonicas sanctiones, quibuque capellam seu Ecclesiam cum atrio, ubi suos defunctos sepelire possint, facere valeant consecrari per quemcumque tribi Episcopum vel Episcopum executionem sui Ordinis et gratiam sedis Apostolicæ obtinentem. Insuper de indulto gratiæ specialis dictis Fratribus concedimus quod in altaribus portatilibus consecratis quoad usque dicta ipsorum Ecclesia et altaria consecrata fuerint, divina officia valeant libere celebrare. Ut autem orationum et bonorum operum per ipsos Fratres in dicta nova structura fiendorum quo ad salutem animæ nostræ majore participatione gaudeamus, ipsos in Dño exhortantes ut ipsi Fratres nobis in vita existentibus de Sto Spiritu, et post mortem nostram perpetuis temporibus remedi duntaxat

«in vita» ajouté après coup —

semel in anno unam missam pro defunctis in loco ipsorum cantando velint et debeant sollempniter solemniter celebrare. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Erenfels ultima die mensis Novembris anno Dñi millesimo trecentesimo septuagesimo primo.

L. S. De mandato Dñi Moguntinensis

Joannes de Wolfrichshausen.

Abiit deinde Erfordiam a senatu ibidem ejusdem Urbis consensu proposito suo competentem locum petiturus: Senatus autem qua tunc erat prudentia et pietate in Deum eximius tanti viri petitione animadversa et probe intellecta, prehabita matura deliberatione locum eligendi proposito congruum eidem liberam fecit potestatem. Quare plurimum gavisus, providum quemdam et prudentem virum de Kalchendorff Dictionis Moguntinensis evocatum, in Prepositum et architectum seu magistrum totius fabrice instituit, eumque ad locum negotio presenti aptum et ad inquirendum emisit. Qui statim | a facie ejus digressus, mandata solicitus expleturus prevenit primum ad locum qui vernacula lingua dicitur Auff der Rühe Weide; inde abiit in Hochheim, et quia utique hic locus angustior esset, quam nova exposceret structura videbatur, inde pedem referens in eam que vulgari nomine nominabatur auff der Wolfs weide planitiem contemplandam devenit, sed ea quoque accuratius inspecta cum eam edificiorum ibi construendorum necessitati minime sufficientem, imo longe inferiorem structuræ longe sive arctiorem advertisset: animo et cogitatione plurimum turbatus est. Dum itaque cum sic consilii inops, pariter et edificandi difficultate dubius animusque hesisset: Ecce tibi illico quidam celo dilapsus adolescens, forma speciosus, vultu floridus, ac totius decoris ei astitit dicens: Domine Henrice, pro qua re sollicitamini? conversus ille, tam inopinatam simul juvenis presentiam ac venustate admirans et stupens respondit: Dns Joannes Ortonis, Prepositus misit me ad considerandum locum pro elegante monasterio Ordinis Carthusiensis construendo, quod ipse exstruere intendit: hac ego de causa solicitus sum, utrum locus hic sufficiat Carthusiæ commode hic edificandæ. Cui adolescens: Ne solliciteris, inquit, locus enim pro exstruendo monasterio aptus et tat amplus spatiosusque est, tu tantum incipe et perfice. Atque hoc quidem dicto juvenis locutus est. Henricus autem architectus | oculos denuo ad pleniorem loci examinationem direxerat sed cum post fusillum animum mentemque in pulcherrimi hujus juvenis specie contemplanda liberius recreationis respiceret, eundem subito disparuisse

advertit. Unde amplius vehementiusque stupens et admirans, sicamque vicem dolens, frequenter postea affirmare solitus fuerat ea jam dictum juvenem pulchritudine et elegantia extitisse, ut alterius libenter oculi jacturam subire vellet si cum iterato vel semel dumtaxat conspicari daretur. Qui circa admiratione summa simul et gaudio plenus ad Dominum suum a quo fuerat emissus, properanter est reversus, et que sibi contigerant, per ordinem cuncta enarravit. Unde D. Joannes Ortonis a Deo intelligens intentionem ac propositum suum probari, ipsi imprimis gratias egit, deinde voce ipsius auxilio apprime fretus, et mente mirifice exhilaratus in hec verba prorupit; nemini dubium gloriosum hunc adolescentem Angelum Dni extitisse, qui in sancto opere et Dei voluntatem, et loci opportunitatem nobis nunciarat: itaque incipiemus et edificemus, ex parte mea nihil deerit, sed in sumptus structura pecunia vim satis offeram copiosam quin et de annuis proventibus eidem sufficienter providebo. Dixit et extemplo corpore licet tunc ac viribus esset infirmus ac eger, jungi tamen jubens curruum, eoque
11 consceno ad locum a Deo delectum non secus atque alter David ad aream Areadne Jebusei advolat ac locum alieno juri subjectum, pretio numerato in Dei servitium liberum constituit, Deo videlicet de sua magis quam aliena oblationem facturus substantia: ~~scilicet~~ sciebat enim scriptum: honora Dominum de tua substantia. Post hec item Plebanum parochie S. Thome induxit ut ipse omni jure quod sibi competere poterat in fundo, ubi Cartusia erigenda foret, cesseret. Anno igitur 1372 circa festum S. Gregorii Pape, edificare inicipiens, divina singulariter favente et ferente opem manu, ac promovente opus, Ecclesiam, murum lapideum monasterii terminos includendum in gyro, cellas, refectorium, cellariam, minus majusque claustrum cum ceteris requisitis edificiis ea celeritate et dexteritate extruxit, ut intra triennium haud integre elapsum, supremam operi imposuerit manum. Cellarum tamen et utriusque Galilee structuram non de lapidibus sed ligneis parietibus viminibus intextis et luto linitis excitavit, que successu temporis tamen, ut infra dicetur, de lapidibus exstructa est. Porro posteaquam Capitulo generali zelus D. Joannis Ortonis pro propagatione ac dilatatione Ordinis innotuit, Priores duos, scilicet D. Joannem Priorem Carthusie Moguntine et D. Henricum, Priorem in Gruenaw quam primum ad eum Commissarios Ordinis destinavit, qui domum

recenter extructam a Fundatore nomine Ordinis suscipierent: illicque personas Ordinis transmitterent. Dominus autem Ortonis eorum adventu gavisus postquam honorifice eos ac comiter susceptisset domum illis cum 30 millibus florenorum, et 2i non omnia in paratis assignavit. Videlicet 1° De et super oppido Northausen 140 marcas annuae pensionis, quamlibet marcam emptam pro 12 marcis puri argenti.

2° Item de et super oppido Mulhusen redditus 40 marcarum quamlibet marcam emptam pro pretio 12 marcarum.

3° De et super oppido Erfordiensi redditus 60 m. quamlibet marcam emptam pro 10 marcis

4° Item de et super Balivia domorum Ordinis Teutonicorum per Thuringiam redditus 42 marcarum, quamlibet marcam pro 12 marcis emptam.

5° Item de et super civitate Naubeburgensi et oppido Lytzen redditus 50 sexagenarum parvorum grossorum, quos anno predicto post mortem D. Fundatoris vendidimus pro 338 sexag. novorum grossorum Misnensium.

6° Item reliquit domui nostre super civitate Herbipolensi debita mille et septingentorum florenorum minus 13 florenis.

7. Item reliquit domui nostre prefate in Moguntia circiter 200 maldra frumentorum.

8. Item apud Mag. Brunonem reliquit circiter 60 florenos quos nobis dedit.

9. Item reliquit nobis in Naubenburg peractis ibidem exequiis 12 sexagenas novorum grossorum

13. 10° Item reliquit nobis in parato argento circiter sexcentas marcas puri argenti, in diversis tamen pagamentis.

11° Item reliquit domui totum corpus juris et copiosum numerum aliorum librorum theologicorum

12. Item reliquit in nobis in Mulhusen circa 100 maldra frumentorum et 10 libras denariorum Mulhusensium.

13. Item reliquit in Isenaco circa 12 sexagenas, de quibus peragebantur ejus exequie.

14. Item reliquit domui prefate omnem et variam suam supellectilem et bene bonam.

15. Item reliquit 4 phialas, 4 scyphos argenteos, unum scyphum ligneum cum argento ornatum, 15 cochlearia parva et unum magnum cochlear argenteum.

Predicti vero P. P. Priores Commissarii Ordinis, ut jussi fuerant, domum cum dote de manu D. Fundatoris suscipientes, illico de domo nova cella in Grunaw quatuor

transmiserunt Patres Sacerdotes, quorum hec fuere nomina. Primus D. Henricus Röchel Rector et primus Prior; 2° D. Bertholdus de Sue, Vicarius, 3° D. Conradus Uffingen Procurator, 4° D. Hermannus, Senior, Statutarius et Sacrista: Hi ergo primi domus nostre recenter exstructe fuere incole ac Rectores. Domus autem ipsa hec nostra noviter edificata anno seculi 1374 incorporata est Ordini et speciosa
14 simul Montis S. Salvatoris a generali Capitulo, suggerente / ut scilicet et petente D. Fundatore, a monte et templo, unde supra exordium chronice huius sumpsi, unanimi Patrum consensu, titulo ac nomine est insignita. Quamobrem anno seculi ejusdem 1375 in Dominica Iudica, Ecclesia absque solemnitate Fratrum et cantu propter interdicti censuram (qua tunc icti fuere Erfordienses) consecrata dedicataque fuit. Ejus autem dies anniversaria in Dominicam post festum SS. MM. Dionysii et sociorum ejus proximo sequentem, certis ac justis de causis (quo die etiam nunc agitur) fuit translata. Atque ex illa die divinus cultus primum cœptus, ad hec nostra usque tempora constantissime perduravit.


Eodem anno Ludovicus, Praesul Moguntinus licentiam a suo antecessore duobus Sacerdotibus superius memoratis concessam confirmavit, atque in tantum auxit, ut libertates aliis locis ecclesiasticis ac regularibus in sua diocesi concessas huic domui gratiose indulserit. Insuper de speciali gratia potestatem dederit Carthusiæ singulis quoque annis succidendi 13 agros lignorum in sylva die Weiwet dicta, suæque ditioni subjecta, quæ tamen gratia, quia per successores confirmata non fuit, in abusum transiit. Sunt autem literæ Ludovici Archiepiscopi tenoris sequentis.

In nomine Domini. Amen. Ludovicus Dei et apostolicæ sedis gratia Sanctæ Moguntinæ
19 Sedis Archiepiscopus &c. / quondam romanorum Imperatorum et Regum, progenitorum et predecessorum nostrorum, necessarium præstat subsidium, et nostri utriusque hominis successibus cœlestis benedictio præparatur. Sane propositis honorabilium Herbordi de Spangenberg, Scholastici Erfordensis familiaris et Consiliarii nostri, et Joannis Ortanis de Aldendorff, Dorlarensis Ecclesiarum Moguntinensis diœcesis Præpositorum oblata nostro culmini petitio continebat quod cum ipsi cupientes Sanctum Ordinem Fratrum Cartusiensium præsertim in Thuringia incognitum dilatari, petito et obtento primo bonæ

memorie Johannis quondam Archi-Episcopi Moguntini ac demum Venerabilis Lodewici nunc Archi-Episcopi Moguntini Principis, Consiliarii et avunculi nostri Carissimi consensu pro ut eorum literis desuper traditis id plenius continetur ad honorem Omnipotentis Dei et gloriosse semper Virginis Marie et Beati Joannis Baptistse hujus Ordinis Satronorum, monasterium dicti Ordinis Carthusiensis in suburbio opidi Erffurdt. Dictse Moguntinensis diocesis de novo propriis facultatibus fundari, erigi, construi et instituii procurarint, dicti fundatores imperiali nostre celsitudini devotius supplicarunt, quatenus fundationem erectionem, constructionem et institutionem dicti monasterii una cum privilegiis Ordini
20 Carthusiensi predicto concessis quomodo libet | ac dona, largitiones, cessiones, concessiones, jura, libertates, gratias, contractus, pacta, acquisitiones, jurisdictiones, villas, prodia, census, agros, bona habita et habenda, acquisita et acquirenda, empta et emenda per dictum monasterium, et fratres inibi Deo famulantes Cesaree majestate et ex certa scientia laudare, approbare, ratificare et confirmare, gratiosius dignaremur. Nos igitur prefatorum fundatorum supplicantium pium desiderium propter sincere devotionis affectum, quem ad dictum Ordinem gerimus, limpidius intuentes, presertim cum justa petentibus non sit imperialis culminis denegandus assensus, animo deliberato, non per errorem, aut improvide, sed sano Principum, Comitum, Baronum, Procerum, et aliorum nostrorum, et Sacri Imperii fidelium accedente consilio de certa nostra scientia et Imperatorie plenitudine potestatis, fundationem, institutionem, constructionem et erectionem dicti monasterii Fratrum Carthusiensium in suburbio Erffordia per prefatos fundatores, factas et premissas, ac confirmationes dictorum Archi-Episcoporum Moguntinensium secundum omnem modum et formam literarum ipsorum desuper traditarum, ac donationem lignorum tredecim agrorum annuatim de sylva Weimer ipsis Fratribus per provisorem pro tempore Archi-Episcopi Moguntinensis ministrandorum, ac omnia privilegia et libertates,
21 scripturas autenticas et literas a quibuscumque | personis, cujuscumque dignitatis et preeminentie existant, obtentas et impetratas, obtinendas seu impetrandas in posterum, nec non contractus, emptiones, pacta, acquisitiones, jurisdictiones, consuetudines, villas, prodia, agros, census, reditus, proventus et obventiones, ac omnia bona et singula ubique situata et consistentia, que actu possident, seu in futurum ad dictum monasterium quomodolibet

et quocunque titulo pervenerint, quibuscunque etiam possint specialibus vocabulis designari, auctoritate nostra Cesarea approbamus, ratificamus, innovamus et etiam confirmamus, eaque bona universa et singula, ab omnibus et singulis, tam realibus quam etiam personalibus, exactionibus, collectis, precariis, angariis, herangariis, tallis, vexationibus, impositionibus, steuris, et gravaminibus quibuscunque eximimus et presentis scripti patrocinio gratiosius libertamus. Et nihilominus privilegia et literas universa premissa et eorum aliquid tangentia etiam quorumcunque tenorum existant, hic haberi volumus pro expressis, et notanter insertis, ac omne robur in perpetuum obtinere decernimus, acsi de verbo ad verbum de hiis in presentibus plena specialis et omnimoda mentio facta esset, non obstantibus quibuscunque legibus, statutis, consuetudinibus, vel municipalibus quibuscunque publicis vel privatis in contrarium editis, per que presentia in totum vel in parte
22 cassari / impediri seu annihilari valerent quibus omnibus et singulis de certa scientia et imperatoria plenitudine potestatis specialiter derogamus. Supplentes insuper Cesaree potestate predicta omnem defectum si quis in presentibus occasione debite solemnitatis obrepsisse / aut aliquovis modo reperiri foret, vel futuris posset temporibus quomodolibet reperiri. Nulli ergo omnino hominum liceat nostre approbationis, ratificationis, innovationis et confirmationis, ac libertationis paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario contra ire sub pena perditionis et amissionis omnium privilegiorum, jurium, libertatum et gratiarum que et quas a nobis, Sacro Imperio seu Romanis Imperatoribus et Regibus predecessoribus nostris, sub quibuscunque tenoribus, sententiis, punctis, et clausulis obtinuisse noscuntur, que et quas in casu quo contra premissa quovis (vis?) temeritate facere, vel venire presumpserint, annulamus, cassamus, et irritamus, et pro nullis, cassatis et irritatis haberi volumus et teneri, et nihilominus sub pena mille marcarum auri purissimi quas preter penas expressatas superius ab eo qui contra fecerit, toties quoties contra fecerit et factum fuerit, irremissibiliter exigi volumus, et earum medietatem nostri Imperialis erarii sive fisci, residuam vero partem dicti monasterii usibus volumus et determinamus (et) applicari. Signum Serenissimi Principis et Domini Caroli quarti Romani Imperatoris, Invictissimi et gloriosissimi Bohemie Regis. Testes
23 hujus rei sunt / Venerabilis Lodewicus Archi-Episcopus Moguntin. Sacri Imperii per Germaniam

Zdeslai-
stehi-Cancellarius, Joannes Strbi-Episcopus Pragensis Apostolice Sedis Legatus et Lubar-
dus Episcopus Wormacensis. Illustres, Wilhelmus Lantkgravius Thuringie Marchio
Moysensis, Przmislaus Teschinensis, Henricus Bregensis et Bumitzlaus Legnicensis
Duces. Nobiles, Petrus de Wartemberg, dictus de Costa, Imperialis Curie nostre magister,
Thimo de Colditz, Camere nostre magister, Borso de Risenburck, Zdislaus de Sternberck,
Marchardus de Wartemberck, Zdenko de Swrzieticz, Henco de Waldenstein, Andreas de
Duba, Otto de Bergaw et alii quamplures nostri et Imperii sacri fideles principes, nobiles et
fideles. Presentium sub bulla aurea typario imperialis nostre majestatis impressa sigillo
testimonio literarum. Datum Prage anno Dñi millesimo trecentesimo, septuagesimo
quinto, indictione tertia decima VI nonas Maii, regnorum nostrorum anno vicesimo
nono, Imperii vero vicesimo primo.



De mandato Domini Imperatoris
Nicolaus Camericen. Prepositus.

24 Descriptio vero dicte majestatis sigilli imperialis littera erat rotunde figure
de cera glavica nigri et grocei coloris et in una parte ejusdem sculpta et impressa erat
imago ad modum imperatoris indicta vestibus imperialibus sedentis in cathedra diade-
mate ornatum habens in dextra manu sceptrum, subtus a latere clypeum parvum
in cujus medio forma aquile volantis, alis, pedibus et cauda extensis, in sinistra vero
manu pomum cruce barra superposita, subtusque a latere clypeum similiter parvum
in quo forma leonis bipartite cauda sculpta erat, in cujus circumferentia scriptum seu
impressum erat Karolus quartus, divina favente clementia, Romanorum Imperator
semper augustus. A tergo vero ejusdem sigilli majestatis impressum erat quoddam
aliud sigillum mediocris et etiam rotunde dispositionis de cera rubea, in cujus medio
sculpta forma aquile unius capitis, alis, cauda et pedibus extensis, in cujus circum ferent-
tia scripta erant hec dictiones: « Juste judicate filii hominum.

Porro fundator etate ac senio, quod vel ipsum dolum morbus est, licet confectus
esset, ac continuis podagre divexaretur doloribus, nihil tamen de priori studio bene fa-
ciendi domui pretermisit, sed exiguo quo superviuit tempore, tanquam pius et sollicitus

25 parens in filiam, idem non minus in annuis proventibus quam | aliis necessariis utilibusque providere et consulere elaboravit. Inter cetera namque ut pauca e pluribus referam, domum nostram toto itinere Herbipolim versus ab omni vectigali ac tributo, si quando vina inde aut alia necessaria transvehenda forent, liberam immunemque fecit: Decretales insuper preclarissimos, Missale, et Sessionalia aliquot Domui dono obtulit. Elemosinam etiam in die anniversaria famule sue nomine Hesenn perpetuis temporibus duraturam largam instituit, que tamen successu temporis, ut suo loco patebit, auctoritate cujusdam provisoris Moguntini est mutata. Quin et testamento aliam patribus nostris copiosam reliquit summam pecunie pro hospitali in oppido Aldendorff condendo, aut alibi in alios usus convertendam, quod et factum, ut pluscutis infra dicetur.

Verumtamen anno vertente septuagesimo supra millesimam trecentesimum sexto, morbo in dies magis ac magis ingravescente, filius Pater et consolator pauperum plenus dierum et operibus bonis in oppido Arnstatt, non amplius duobus lapidibus hinc ab urbe remoto, idibus Julii vitam cum morte commutans, animam piam efflavit, et ad perennia colorum gaudia transmigravit. Corpus ejus inde translatum in Ecclesia nostra ante gradus majoris altaris in choro, ubi etiam nunc ejus extat sepulchrum, devote terre mandatum fuit. Agitur ejus memoria quater in anno
26 ut videre est in Calendario Domus: Obiit etiam eodem anno | in oppido Aldendorff cognatus ejus, D. Henricus Geilerus, civium ibidem rector, vir rare admodum virtutis, ob cujus preclara de republica merita et insignem stemmatis nobilitatem longo post tempore idem cives miram in modum sibi congratulabantur quod ejusdem familie haberent plebanum. D. Wedekindum Geilerum, prefati p. m. D. Henrici filium. Isti Geileri plurimis in locis calendarii nostra domus albo pro perpetuis anniversariis inscripti visuntur. Porro quod silentio involvendum non est V. P. D. Joannes Prior Moguntinus et Visitator provincie Rheni, Commissarius Ordinis, sub eadem commissione diem clausit extremum et sepultus ante sedem P. Prioris in choro monachorum, cujus manibus et omnium fidelium Deus propitietur in regione vivorum. Amen.

Hec sunt fere que ex antiquis quadripartitis chronicis sparsim de primis initiis

absque ut ita dicam, cunabulis et incrementis domus nostre scriptis tradita, erui
potui. Quare iis in quantum licuit in Ordinem redactis, ad seriem quandam tem-
porum quod super est, stylum ac studium convertam nunc ad ea que sequuntur.
Quo autem id facilius commodiusque prestem, et singula queque Patrum acta
scriptis consignem, certos quosque statuto ordines, in quorum primo quidem com-
prehendam ac recensebo legitimam Priorum domus hujus successionem, tempus
institutionis, ac deinde breviter quoad fieri potest, servato ordine temporum ratterram
27 etiam / que sub cujuslibet regimine specialiter gesta reperiuntur. In 2do autem
ordine omnes quotquot ab initio usque in presens fuere domus hujus nostre pro-
fessi Patres et Fratres adnumeratis etiam hospitibus officialibus, ordine professionis
cujusque servato: alios vero alteri et speciali reservato ordini, ita ut pro diversitate
personarum ordinis, diversis etiam easdem consignem et complectar ordinibus in
quibus eadem dispositio servetur.

Ordo primus

Hic est legitima successio omnium hujus domus Priorum.

I.mus Prior. Dominus Henricus Röckel.

Fuit Venerabilis Pater hic, ut jam supra annotatum fuit anno Dni
1373 per Commissarios Ordinis pro susceptione domus nostre recenter exstructe a
Capitulo generali ablegatos cum aliis tribus nova cella salutis in Grunaw trobes-
sibus sacerdotibus ex obedientia huc translatus, atque per eosdem commissarios institutus
in receptione domus in rectorem, postea autem auctoritate Capituli generalis in dicta
domus nostre inauguratione primus ejusdem Prior declaratus est. Vir non tam conversa-
tione quam morum maturitate exemplaris, ac rerum gerendarum prudentia et
28 pietate insignis. Testantur ejus preclare / gesta et domui nostre prestita bone-
ficia, ac mille ejus exantlati labores, quibus pro domus in utroque statu cum
incremento, tum maxime annuis procurandis proventibus ac censibus insudavit.
Eius modi sunt 60 marce apud Senatum Erfordensem, 40 marce in oppido Mulhausen
et 100 marce in Nortlingen, praeter alia plurima, que brevitatis studio silentur.

Anno 1377 25 Februarii. Guillelmus Prior majoris Carthusie totiusque Ordinis

Charta Capituli generalis anni 1372 : « Committitur receptio et gubernatio domûs Erfordiensis prioribus domorum nova Colla et in Grunaw et Horti Angelorum. » Tes. Caput et Conrad. de Villanova. — ch. 1373 : « Regimen seu administrationem nove fundationis Erfordie committimus priori Horti Angelorum ; et D. Jacobus de Flandria, hospes d. Conradi, vadat ad locum memoratum, sub expensis dicte d. Erfordie ; priorque supradictus valeat alterum monachum de quacumque domo ordinis, cum pace tamen persone, recipere pro loco fundationis antedictae ; nihilominus ipse semper remaneat prior Horti Angelorum. Ita mag. Conr. de Vill. — (Tes. caput à l'emplacement : « Administrationem nove fundationis Erfordie committimus priori Horti Angel. orum, et nihilominus semper remaneat prior Horti Angelorum. ») ch. 1374. Priori d. Herbipolis non fit mia, et orent omnes de ordine quod Deus det sibi bonam patientiam in tribulationibus suis ; et nihilominus regat domum nove plantationis Erfordie, donec aliter per ordinem fuerit ordinatum. Ita T. L. — ch. 1375. Committimus prioribus Nova colla et Herbipolis quod vacuant domum nov am Ste Salvatoris prope Erfordiam Ordini incorporare et eidem providere de Rectore et personis quando dicta domus fuerit sufficienter edificata et dotata et non ante. Ita mag. Conr. de Vill. et T. L. —

Ce qui précède ne s'accorde pas très bien avec la chronique, qui veut qu'il y ait eu un recteur et trois autres religieux dès 1373. — D'après la même chronique les deux commissaires envoyés en 1373, furent les prieurs de Mayence et de Grunaw. — Les extraits des cartes font voir que c'est le prieur de Wurzbourg qui s'est le plus occupé de cette fondation. — Il dit dans son testament, du 4 sept. 1375, le fondateur, Jean Orthon, désigne parmi ses exécuteurs testamentaires, D. Jean, prieur de Wurzbourg, et D. Conrad, procureur d'Erfort. —

ch. 1377. Domum Ste Salvatoris prope Erfordiam olim per ordinem acceptatam incorporamus, et Rectorem dicte d. professionis in priorem loci memorate.

Generalis huic potestatem dedit suscipiendi 14 monachos, et Procuratori indultis ad 6 leucas propter negotia domus excurrendi, quodque extraneis sexus utriusque de nobis bene meritis 15 Anniversaria totidemque sculpturae possint concedi; quam tamen facultatem anno 1379 16 Calendas Januarii ad numerum duodecim unum restrinxit.

Hic idem sub anno regiminis sui 5. vel circiter, de unanimi Patrum consensu quartam partem omnium bonorum et facultatum domus, tam in personis, agris, quam in censibus, libris, et aliis annuis provenientibus pro fundatione domus S. Elisabeth prope Isanacum obtulit, assignavitque. Huic adjunxit pecuniam, de qua supra, sat copiosam ducentarum nimirum marcarum p. m. D. Fundatoris, quam testamento pro Xenodochio construendo, aut aliter in pios usus convertendam post mortem reliquit. Hac tamen conditione, ut in casu quo domus ista destrueretur, aut alias quocumque modo interiret, ejusdem ex tunc facultates, et deinceps omnes tam
29 mobiles quam immobiles | incorporarentur huic domui nostrae prope Erfordiam pro ut desuper hoc testantur confecta litera.

Anno 1379 emit bona libera in Graffentona ab Ernesto Comite de Gleichen, quam emptionem libertationemque anno sequenti ratam habuere publico diplomate Domini Fridericus Balthasar et Wilhelmus, marchiones Thuringiae, Landgravii Misniae. Eodem anno census in Burgtonna obtinuit a nobili Dno Theodorico a Sebeleben milite.

Quin etiam hoc anno initium sumpsit schisma in Ordine Carthusiensi, quod duravit annis 31, quibus de Germani, Itali, Hungari, Angli et Lusitani sub obedientia Urbani VI. separarunt a Gallis et Scotis parentibus Clementi VII itidem Gallo: et Capitulum generale celebrarunt in Italia undecim annis ubi in generalem ab iis praefectus fuit R. Pater Joannes de Baro, Prior de Trisulto, qui defuncto anno 1391 4 Idus Octobris iisdemque anno sequenti Capitulum celebrantibus in domo Seitz in Slavonia, Generalis electus fuit R. Pater Christophorus qui et in eodem loco resedit annis 6 quo ad eo per mortem sublato eligeretur R. Pater Stephanus Senensis qui praefuit annis 12 usque ad finem schismatis. Porro, 7o administrationis suae anno dictus Dno Henricus Prior optime de domo nostra meritus magno

? 1373-1380. — D. Henri Röckel. Recteur et 1er Prieur.

Le chroniqueur dit qu'en 1380 D. Henri fut envoyé à la fondation de Nuremberg. — Le 1er prieur de Nuremberg, D. Henri von Perching serait mort en 1382, d'après l'histoire de cette maison. Est-ce le D. Henri Röckel d'Erfurt? C'est possible, le von Perching pouvant indiquer son pays d'origine. — D'après le nécr. d'Erfurt D. Henri est 1er prior hujus et est mort le 4 janvier. —

filiorum suorum quos in Christo genuerat, luctu hinc ad domum Cellæ B. Mariæ
apud Norimbergam noviter fundatam regendam avocatus est, ubi tandem etiam
30 post plurimos exhaustos labores felici fine consummatus obdormivit / in Domino.

II Prior, Dominus Conradus de Rinckleben (1380)

Iste Dominus Conradus, vir non minus doctrina, quam vitæ probitate, ac morum honestate clarus. 27. Domus filius, et ante conversionem suam Ecclesiæ Stæ Joannis Erfordiæ, et aliarum summa cum laude et fructu animarum præfuerat cura et officio, anno ejus seculi 1380 post translationem D. Henrici primi Prioris Norimbergam, eidem canonice subjectus est in Priorem; attamen cum non amplius dimidio anno præfuisset, in Cartusia novæ Cellæ in Grunaw lethali percussus febri, in humanis esse desiit.

III. Dominus Hermannus Wolfhagen. (1380-

Hic Dominus Hermannus 15. Domus filius, eodem anno quo prædecessor ejus morti occubuit, ex Priore domus Stæ Elisabeth prope Erfordiam legitimâ Patrum electione in Priorem hujus domus electus est, vir profecto cujus religioso animi cum candore ipsa mater Virtutum pugnare videretur. Marcas de quibus supra in gestis primi prioris mentionem feci, ipse reproposcit et accepit, ac eisdem census hereditarios cum allodiis in duobus pagis Walschleben et Gebesech comparatos. Domui perpetuo incorporavit. Verumtamen infeliciter magis quam prospere, et domus emolumento, census etenim illi ab hominibus utique pauperibus, et qui solvendo vix fuerant, difficillime colligebantur.

31 Allodia item haud meliori fortuna et domus luctu / multo tempore propriis sumptibus et expensis culta sunt, atque utinam non etiam animarum. Et ab hanc causam Cartusiæ annis posterioribus iterum divendita pro hereditariis censibus perpetuis incolis in Walschleben.

Anno 1386 huic domui præfatus Prior comparavit bignetum in Riethheim pro 130 sexagenis grossorum a Johanne et Gunthero fratribus Frisgenbergensibus, civibus Erfordianis, quod ipsi pro a Gunthero Comite de Grevenberg redemerant.

Quin et anno sequenti census in Brembach minori una cum jurisdictione superiori et inferiori coemit ab Joanne Comite de Schwarzenberg pro 1018 libris argenti, ipsamque jurisdictionem cum consensu sui conventus resignavit Senatui

1380 – 1385. — D. Conrad de Rinckleben. —

D'après le chroniqueur n'aurait été prieur que 6 mois et serait mort la même année, sans nous dire le jour; le necrol. n'en parle pas non plus, de moins l'extrait de dit necr. que m'a fait l'abbé Kramer. Or son successeur à Erfurt, D. Hermann, est encore prieur à Eisenach en 1384, vendredi après Cantate (4e dim. après Pâques), suivant l'inventaire que j'ai fait faire à Magdebourg des archives d'Erfurt. — L'historien d'Eisenach, l'abbé Kramer, qui est allé aux archives de Magdebourg, confirme le fait. — Ce que dit le chroniqueur n'est donc pas très sûr; aussi jusqu'à preuve du contraire je laisse D. Conrad jusque vers 1385. — ch. 1382. Priori d[e] Erfordia non fit mia. — Le même chapitre incorpore Eisenach à l'ordre et nomme le Recteur, Prieur. —

1385 – 1394. — D. Hermann Wolfhagen. —

Recteur et 1er prieur d'Eisenach 1380–1385, est prieur à Erfurt en 1386, mardi après Ste Marguerite (20 juillet), d'après l'inventaire que j'ai fait faire. — Il est mort en charge en ch. 1395.
ch. 1395. obiit D. Hermannus prior d[e] Erfordia, habens tricen. —
Dans l'extrait du necrol. que j'ai, il y a bien un D. Hermann de Wolfshagen prior hujus d[e] noté au 11 sept. — mais je crois que c'est plutôt le second prieur du même nom, mort en 1464. — Je crois que la jour de la mort de D. Hermann, noté dans lach. de 1395, n'est pas connu — fin 1396 ou commencement de 1395. —

"Johannes prior et totum capitulum generale ac difinitores ordinis Cartusiensis ad petitionem Hermanni prioris in Karthusia prope Erfordia, confe-runt abbati et conventui monasterii Walkenried.(1) fraternitatem et plenariam participationem omnium bonorum spiritualium, que fiunt et facta sunt et fient in futurum in ordine Karthusiano. A 1398, id. Maji. .../...

(1) Walkenried.

Erphordiensi

Anno autem ejus sæculi 1388 10 Calend. Decembris ad domum nostram diverterit existimare Reverendissimus D.D. Philippus de Alenconio Cardinalis et Episcopus Ostiensis, apostolice Sedis legatus, quem dictus Dominus Hermannus debita reverentia excepit cum collatione. Benedictus qui venit in nomine Domini, etc. cui Cardinalis apposite et sublibra respondit: In medio Ecclesie aperuit os ejus, etc. extanti ejus preclara, et nulla unquam merito, justeque oblivione delenda in domum nostram collata beneficia fusius in Calendario ecclesiastico nostro veteri in membrana descripta, ex quibus hæcula hæc
32 exscripsisse hic sufficiat. Quamdiu Erfordie | moratus est, domum nostram valde glorificavit et ordinem, tam presentia sua regali quam donis spiritualibus et corporalibus preter alia vero notatu dignissima, parochiam Ecclesie S^te Bonifacii in Brembach minori domui incorporavit. Emptionum etiam contractus cum Abbatibus monasteriorum S^te Petri et Pauli Benedictinorum Erfordie, et Portensis prope Naumburgum, Cisterciensium super bonis in Walschleben, Brembach et Büringen majore, auctoritate apostolica approbavit et confirmavit. Item a parte occidentali muro domus conjunctam den Hinder- oder acker hoff, ubi jam stabula equorum, etc. a senatu, quod vix sperari poterat, impetravit. Quin et aliam partem Dominus Galasius, Abbas S^te Jacobi Scotorum hac in urbe concessit pro annuo censu 4 solidorum et duorum pullorum, que tamen postmodum a vallo abrupta fuit. Tandem post alia summe domissionis et benevolentie signa fratribus et domui prestita, Cardinalis 200 florenos supererogavit.

Quocirca Prior cum toto conventu mirifice gavisus, Deo imprimis, qui locum hunc initio quidem majestate sua placitum angelico mediante ministerio designavit, nunc vero eundem servi sui fidelis interventu dilatavit, gratias egit, locumque circumquaque muro cingens, pervio imprimis quod transitum probaret, granario ibidem a plaga meridiana fistrinam et braxatorium ædificavit, a plaga autem septentrionali et occi-
33 -dentali | stabula equorum et horrea pro feno et stramine fecit; cubilia item servorum et alia hujusmodi que omnia prius intra tam strictum spatium nullatenus collocari poterant.

Dictus m. Cardinalis aliquando P. Priorem duc non rasum intuens dixit, non vere-

(Urkundenbuch des historischen Vereins für Niedersachsen, Heft III, Hannover, Hahnsche Hofbuchhandlung, 1855).

=cundavis tu transire barbatus ut latro in sylva? atque ex illo tempore ei Deinceps
rasura, que singulis mensibus consuevera fieri, decimo quarto quoque die fiebat.
Eundem Priorem pro modica culpa reum se coram prefatum Cardinalem proclamantem
Cardinalis pugno manus sue verberans, Priorem absolvit dicens, absolvo te auctoritate qua
fungor etc. Suscitantibus m. conventualibus ex eo, et querentibus quantum vespere
pro collatione liceret alicui sumere respondit, quanto minus tanto melius jejunabis,
affirmans strictissimam observantiam optimam fitantiam esse.

Hoc eodem Dño Hermanno domum moderante, Dñs Johannes de Hagia, filius
domus hujus successive 4 incepit domos ordinis extruere, scilicet in Lubeca, in Rostock
in Pomerania, in Heldesheim, hanc tamen posteriorem incepit. Dñs Henricus de Isch=
=wen, itidem domus nostra filius, cui absoluto ibidem, dictus Johannes de Hagia in
Prioratu successit, et ex hac domo nostra monachis sacerdotibus assumptis instituit
domum in Rostock et duas reliquas. Dñs vero Hermannus appropinquante tem
=pore quo ex hac valle miseriarum transiret ad requiem, febri correptus, feliciter in
Domino extinctus est.

34 ## IV. Dominus Joannes Spangenberg.

Filius et professus domus nostre 21. multo tempore Vicarius, et auctor collectio=
=nis habite in Adventu Domini Cardinalis, de qua in actis predecessoris, cui ipse
canonice celebrata electione subrogatus, officium Prioris subire compulsus est. Emis
anno 1396 a D. Jetta vidua Dñi Henrici de Witzleben armigeri curiam libe=
=ram cum medio manso in Richheim pro 4 libris monete Erphordiensis. Sub huius
regimine anno 1398 Dñs Balthasar Landtgravius Thuringie, tres cum dimidio
mansos in districtu Rinckleben sitos, quos Prior a Dño Theodrico Hartungo, cive
Erphordiensi emerat, ab omni oncre civili liberavit. Quin etiam eodem anno Con=
=ventus monasterii Monialium novi operis, 6 solidos perpetui census annue sibi
debiti ex fundo domus nostre, in gratiam Dñi Sifridi professi et procuratoris nostri,
sui quondam Collectoris huic domui condonavit. Tandem Prior munere suo preclare
et summa cum laude et domus in utroque statu emolumento et fructu perfunctus
carnis debitum solvens, celos penetravit.

1394-1398. — D. Jean Spangenberg. ? —

Le chroniqueur le donne comme successeur de D. Hermann, sans préciser de date, ni dire quand et comment il est mort. —

L'Inventaire qui m'a fait à Magdebourg donne comme prieur d'Erfurt, dans deux pièces du 10 août 1396 et du mardi après le 2 février 1397, D. Henri. — Il serait important de vérifier ces deux documents qui contredisent la chronique. — D. Jean Lottey qui, à la fin de sa chronique, a donné en appendice l'inventaire d'un certain nombre de pièces plus importantes, ne mentionne pas le prieur D. Henri. — Il n'y a d'autre moyen de s'en tirer que de voir les archives de la chartreuse à Magdebourg. — Je crois qu'elles permettraient de mettre un peu de lumière dans cette chronique composée après 1450 et à laquelle je n'ai pas toute confiance. —

(voir ci-dessus, pg. 15 bis).

V. Dominus Sifridus Korbecke

Hic Dominus Sifridus, D. Joanne rebus humanis exempto, 13 domus filius legitima Patrum electione, quintus in ordine Prior creatus est. Vir bonus ac pius, et in administranda domo sedulus ante pluribus annis Procurator turrim Ecclesiæ majoris grandi labore et satis sumptuose ædificavit, quam cupro circumquaque affabre inclusam contra injuriam pluviarum perpetuum sue debilitatis monumentum posteris reliquit. Ipse vero plurimis pro domus incremento susceptis laboribus, tandem Deo vocante spiritum eidem red[illegible].

VI. Dominus Alphardus de Hollandia.

Iste Dominus Alphardus verus amator fratrum suorum, vir admodum pius ac benignus, et in re domestica curanda summe dexter, Sifrido suffectus est. Qui licet aliena domus filius et professus esset, filialem tamen prorsus ad hanc nostram gessit fovitque affectum; adeo ut domum alieni onere aeris pregravatam, brevi reddideris exonerem. Ipse durantibus debitis novas nulli concessit vestes: Sermones in Capitulo diebus statutis habuit bonos et ædificatorios, quamvis simplices, et minime concinnos aut doctos. Somnum post matutinas laudes decantatas, summopere capiendum suadebat, affirmans quoniam etsi dormire non valeamus, membra tamen lassa, et vires debilitate instaurentur.

Qui etiam gravi aliquando adversa valetudine confectus, Dei beneficio, cum jam pedetentim sanitati restitueretur, curiositate tactus, vultum suum contemplari voluit in speculo, sed en horribile visu, diabolum vidit in speculo, horribilem talicet speciem quandam, sive faciem, qua plurimum territus, et pœnitudine facti ictus, omni reliquo tempore vite sue, dictam suam curiositatem querebatur incusabat, damnabat.

Cum hactenus differentiæ inter nos et Plebanum S. Thomæ propter compensationem offertorii domorum in structuram monasterii conversarum, necdum sopite, fuissent penitus, anno 1400 26 Junii Dominus Gisbertus dicte parochie Curator,
36 et Prior Dominus Alphardus cum D. Hartungo | Procuratore, compromiserunt in Reverendos Dominos, Conradum de Driberg et Johannem Riman Canonicos Marianos, ac Decretorum Doctores ceu arbitros, qui ediderunt Carthusiam hoshac annue in-

fin 1398 – 1400, 16 Avril. — D. Sifrid de Korbecke. —

D'après l'inventaire de D. Jean Lotley, D. Sifrid est procureur 1384, 31 mai, 1395, 15 déc. 1396, 28 mai et 1398, feria sexta post Ascensionem, par conséquent a été pour ce temps prieur. — Son obit est dans la carte de 1400 ch. 1400. obiit D. Sifridus prior Erfordie habens tricenarium. Et mon extrait du nécrologe a au 16 Avril « obiit D. Sifridus de Korbeck prior huius Dom. 77 —

1400 – 1408 ou 9. — D Alphard de Hollande. —

Profès de Monichusen, prieur d'Erfurt de 1400 à 1403, d'après le chroniqueur, ce qui est faux. — D. Alphard n'a été chr prieur de sa maison à profession qu'après la mort de D. Gisilbert noté dans le ch. de 1409, par conséquent fin de 1408 ou commencement de 1409. —

D'après l'inventaire de D. Jean Lotley, son successeur à Erfurt, D. Albert, est procureur le 9 oct. 1406 et encore le 25 février 1407. —

Le prieur d'Erfurt est convisiteur de 1400 à 1405 et visiteur de 1405 à 1409, preuve qu'il a été transféré ailleurs entre les chapitres de 1408 et de 1409. — ch. 1406. Prioris D. Erfordia non fit mia. — ch. 1408 Prioris D. Erfordia non fit mia, et cum ea dispensamus quod possit visitare ecclesias domos ubi filii domus sunt priores. — D. Alphard fut prieur de Monichusen, de 1408 ou 9 à sa mort 1424, 14 août. —

ch. 1425. obiit D. Alphardus prior D. in Monichusen, qui hab et per tot. Ord. plan. cum fs. monach. cujus obitus scribatur die 14 hui 16 aug. (1424) (alias prior D. Erfordie et visitator prov. Alemannie Inferioris. — A été convisiteur de la province du Rhin 1410-1414 et visiteur 1418-1422. —

Paschate non nisi ad duos cum dimidio solidos offerendos obligari. Ipsum postea 24 Octobris hujus anni Reverendus D. Johannes de Mila, Ecclesie collegiate B. V. Prepositus et parochie collator sive patronus confirmavit. Anno 1403 Dominus Guntherus Bock civis Lyphordiensis obtulit nobis hortum suum quem possederat ex opposito monasterii; ita tamen ut annue Abbati Petrensi exinde censum 3 talentorum et 18 nummorum prebe=remus. Sed ehen triennio vix elapso, domui qui bene et utiliter presuisset, et fidelem se prebuisset aliene, a suis hinc revocatus et electus in Priorem, domui jam cogitur presse, et fidelem sese exhibere sue et proprie. Discessurus itaque et fratribus pleris=que discessum ejus egre ferentibus, calidasque largiter per genas profundentibus lacrymas, dolorem eorundem leniturus respondit: filioli mei nolite flere, nam Deus providebit vobis de bono Priore: Certissimum enim hoc est, quod boni monachi semper habent bonum Priorem, mali autem et discoli nunquam habebunt qui eis placeat, necessario enim oportet fidelem et bonum Priorem illis disciplinas et penitentias pro excessibus imponere, ideo semper eum odio habent, licet sine causa. O dignam pro=fecto (cuquis infeciari ausit) Carthusiano sententiam; dignam quæ aureis finga-
37 tur characteribus | dignam profecto quam omnes cordi nostro, qui Carthusiani censeri et nominari volumus, intimius profundiusque infigamus, imprimamus, ac prorsus eliquemus. Atque utinam die nocteque pre oculis eam habentes ne ad latum unguem unquam ab ea declinaremus, vere beati tunc essemus, vere ac juste quidem Carthusiani (quod carnis voluntatisque proprie mortificationem sonat) vocari mereremur.

VII. Dominus Albertus de Suntra.

Vir magne religionis neque contemnende doctrine fuit. 42 domus filius et antequam Carthusiane religioni nomen dedisset, Doctor medicus, et scholarum gloriosi oppidi Aldendorff rector floruit celeberrimus, Priori absoluta canonice sublec=tus est et post triennio etiam a Capitulo generali Provincie Allemanie inferioris Visitator proclamatus fuit. Sub hujus regimine anno 1405 cum magna fuisset seditio in romano Imperio, et clerus ubique decimam partem suorum proventuum debuisset contribuere Ruperto Regi Romanorum hec Cartusia intervenient Reverdo

3.

1408-1414. — D. Albert de Suntra. —

ch. 1409. Priori d'Erfordia non fit mia. Et committimus priori Norinbergae authoritatem nostram super eamdem domum, usque ad futurum capitulum generale; et super his quae petivit, dom. prior d'Norinbergae sibi respondebit. Si ce prieur était encore le visiteur de l'année précédente, le chap. ne donnerait pas une telle mission au prieur de Nuremberg, et il serait allé au chap. au lieu de lui faire des remontrances. — ch. 1411. Priori d'Erfordia non fit mia, et de D. Joanne de Francfordia informet capitulum generale in anno futuro; et interim dictus D. Joannes maneat in statu suo. — ch. 1412. Priori d'Erfordia non fit mia. Item ch. 1413. et 1414. — La carte de 1415 manque, mais le ms de Buchaim « Flores » qui a des extraits de la carte de 1415, ne signale pas de changement de prieur à Erfurt. — Il faut donc s'en rapporter au chroniqueur qui dit que D. Albert fut remplacé en 1413, probablement après le chap. 1414.

Le prieur d'Erfurt a été constamment visiteur du chap. 1409 à 1413 ch. —

ch. 1435. obiit D. Albertus de Suntra olim prior d'Erfordia. — Le nécrol. a au 21 janvier « D. Albertus de Suntra monachus et quondam prior hujus d. »

Domino Nicolao Decano B. V. Subexecutore regali, ab hac exactione liberata fuit.

Anno 1406 Dominus Henricus Frölich, presbiter ac postmodum professus hujus domus, eidem domo obtulit hortum suum ubinodo est lupuletum, cum onere reddendi annue Capitulo Ste Severi duo talenta et duos denarios.

38 Anno 1410, mediantibus Germanis ordo Carthusiensis iterum | fuit unitus, cumbo Generales, Dominus ingeram Bonifacius Ferrarius et Dominus Stephanus de Senis, absoluti, ac Joannes de Gryfemont Saxo, unanimi consensu in Generalem electus fuit.

Anno 1412 Henricus a Stalle civis Erphordiensis nobis testamento legavit 200 marcas argenti pro fundatione cellae Ditemque reddituibus comparandis ad reficiendos 12 hauperes omni feria V ita ut quilibet acciperet quartarium panis familiae, jusculum ex pisis, duo ova seu halec, et medium nosselinum tenuis cerevisiae, itemque quot annis circa festum Ste Martini 3 ulnas panni grisei.

Hic devotus P. Prior postquam in utroque genere officii strenue ac egregie annis plurimis insudasset, atque domus hac tam in personis quam annuis proventibus divinae largitatis munere, et civium Erphordiensium ope (quorum Deus velit Deus in nos offensa corda propitia mitiaque reddat) et auxilio maximopere profecisset, ex catharo infirmus, cum sanguinem incursus minuere voluisset, inde voce privatus, absolutus est anno 1414 ac tandem trigesimo sexto hostiae natalitiae die in Domino concessit.

VIII. Dominus Johannes Rötlos.

Gubernavit iste Joannes Rötlos de Nelvenburg domum Claustri B. Mariae prope Hildesium multa animi industria et dexteritate aliquot annis, verumtamen anno recuperatae salutis. currente 1414 inde revocatus in locum praedecessoris sui canonica electione 77e ejusdem filius subrogatus est, artium magister, vir qua

39 devotione, qua religione | admodum insignis. Prudentiam industriamque ingenii mira animi submissione ac modestia temperans et inter praedecessores suos in re administranda domestica tam domi quam foris facile primus. Sed ejus acta percensebo inde clarius ex paucis quae scriptis mandata reperiuntur, ejus veritas manifesta evadat.

avant ch. 1413 –

1414 – 1448, 13 nov. — D. Jean Röttlos de Neuwenburg. —

Profès de la maison et prieur d'Hildesheim après quelques années, ch. 1416 et 1417. Priori d. Erfordiæ non sit mia. — ch. 1420. Priori d. Erfordiæ non sit mia. ch. 1422. 1423. 1424 et 1425. Priori d. Erfordiæ non sit mia. ch. 1426. Priori d. Erfordiæ non sit mia, et hic quod petit respondebit ei prior Hortiⁿ ad partem. — ch. 1427 et 1428. Priori d. Erfordiæ non sit mia. — ch. 1429. Priori d. Erfordiæ non sit mia; et casum, quem scribit d. Joannes Aldendorff, monachus professus dictæ d., committimus terminandum et definiendum Priori d. Hortiⁿ, qui dictam domum in brevi visitabit, et dictum casum planius prius practicabit. Ita cg. et Flores. — ch. 1431. Priori d. Erfordiæ non sit mia. — ch. 1432. Priori d. Erfordiæ non sit mia; et casum d. Joannis Aldendorf committimus priori de Hildesheim terminandum; et fr. (d. Flores) Bartholdus incarceratus in d. cartusia vadat ad domum suæ professionis Erfordiæ: et de disciplina sua remittitur prioribus Hildesheimensi et Ismacensi cum consilio prioris sui

Anno electionis sue statum 2 qui fuit 1416 litem controversiamque propter hortum ante fores monasterii, inter ipsum monasterium et Senatum sub predecessori P. m. Alberto de Sintra exortam, ea dexteritate prudentiaque composuit ut Senatus qui aquam huius sat modicam propiscina denegaverat, postea hortum simul cum vivario ultro citroque dimiserit.

Eodem fere anno vel circiter cepit domus Passionis Jesu Christi prope Legnitz in Silesia ad quam inchoandam regendamque ex domo hac nostra cum aliis sacerdotibus et filiis ejusdem domus missus est Dominus Henricus Frölich procurator, nove plantationis rector, ac deinde paulo post Prior ejusdem designatus est.

Item P. Prior noster anno 1418 extruxit locum rasure cum contiguis edificiis, atque eodem anno terra defossum extraxit canalem ligneum per quem e braxatorio usque ad cellarium culine proximum transmissa fuit cerevisia, atque ex illo die cerevisia humeris deportari eodem cepta fuit. Dictus autem vetus canalis quot annis transmissa anguilla mundari solitus fuit, effossus autem est propter corruptionem quam inde contraxerat cerevisia |

Anno 1419 Item Pater edificavit domum hospitum cum cellaria in quam successu temporis Priores suam transtulere cellam, quamobrem amodo Prioratus, et non hospitium domus dicitur. Eodem anno et Carthusia Majori ubi principalis Visitator provincie nominatus fuit | secum advexit infra scripta volumina. Dominum Hieronymum super Isaiam, duodecim Prophetas, et Danielem, Epistolas B. Pauli in duobus voluminibus. D. Gregorium super Ezechielem, moralia ejusdem, item de verbis Domini et Apostoli, item de consensu Evangelistarum, librum Confessionum ejusdem. D. Ambrosium super Lucam, Exameron, Glossam ordinariam super Epistolas B. Pauli et Canonicas, D. Bernardi Sermones, Institutia Patrum, Ecclesiasticam historiam. Item diversos libros B. Thome pro defensione religiosorum. Item expositiones super regulas SS. Benedicti et Augustini. Jordanum de Sanctis. Bibliam emendatam, flores concordantiarum bibliae, duo volumina magna pro refectorio, partem estivalem quam scripsit Joannes de Capello, et partem hyemalem quam scribi curavit 12 florenis, et Papiam magnum. Quin etiam hoc anno a Monialibus S^ti Georgii in-

sui, et cum prædictis prioribus Hildesheimensi et Isenacensi poterunt ipsum ordini reconciliare. — ch. 1433. Priori d. Erfordiæ non sit mia, et habeat ipse et conventus patientiam, super officio visitationis injuncto, donec aliter ordinari poterit. — (In d. Horti Xti) et committimus priori Erfordiæ, visitatori, et committat vices prioris absentis (au concile de Bâle) in temporalibus uni de monachis prout sibi videbitur. — Ita Flores et D. Chaves et ce partie. — Voici une ordonnance de la ch. de 1431 que j'ai oubliée. ch. 1431. Injungimus priori d. Erfordiæ ut tenendum tenorem litteræ per d. num Patrem nostrum, Dnum Cartusiæ sigillatæ, restituat libros, ornatus et alia quæ percepit de domo Pragensi, ad manus D. Leonardi, prioris d. Vallis omnium Sanctorum in Maurbach. — ch. 1434 et 1435. Priori d. Erfordiæ non sit mia. ch. 1436. Priori d. Erfordiæ non sit mia. (In d. Isenaci) et committitur priori Erfordiæ et cum priore vel monacho dictam domum visitat, mian priori, si videbitur, faciendo. — Le même chapitre reproche aux visiteurs de n'y être pas venus, et les condamne à payer chacun 10 florins du Rhin. — Le prieur d'Erfurt était 1er visiteur. — ch. 1437 committitur priori d. Harbipolis et domum Erfordiæ quantocius visitet cum socio priore. — Priori Erfordiæ committitur plena authoritas capituli generalis super domos Isenaci et Passionis Xti in Lignitz. — Le même chapitre la décharge cependant de l'office de 1er visiteur qu'il exerça de 1418 à 1437. — ch. 1438, 1439 et 1440 Priori d. Erfordiæ non sit mia. — Le même chapitre de 1440 lui donne une mission délicate, celle d'aller, avec un prieur ou un religieux, à la chartreuse de Lignitz, où un duc de Silésie a été enterré étant excommunié; le chapitre général a reçu des plaintes graves à ce sujet de la part de l'évêque de Constance et autres. Qu'il arrange les choses conformément au droit, on lui envoie les réclamations. Voir le texte à Lignitz. — ch. 1441 et 1442. Priori d. Erfordiæ non sit mia. ch. 1443. Priori d. Erfordiæ non sit mia; et eorum monachi ibidem incarcerati committimus visitatoribus prout patet (petunt Flores). Et quidam sacerdos donatus dicta d. illam ecclesiam sibi commissam, de qua scribunt visores et conventus dicta d., resignat, contentus vivere ordinate sine proprio ut donatus alias ipsum ob ordine et approbanda dicta d. in totum quittamus et liberamus. ch. 1444. Priori d. Erfordiæ non sit mia. Et de his quæ scribit de monacho suo

P. Jocarme

Ickersshausen, Ordinis Cisterciensis, sequentia bona pro 666 et dimidia marcis puri argenti, et duobus florenis coemit; videlicet in Dachwig 17 mansos terre arabilis cum dimidio, aream 9 agrorum, 25 solidos, 5 pullos | et unam auream census perpetui; item
41 25 agros lignetim in monte dicto Eilbersberg, duos cum dimidio mansos in Rithnorthausen, mansum dimidium in Walschleben, 29 mansos cum 7 agris in Kirchheim, 12 agros pratorum et taliceti ibidem cum libera curia.

Anno 1420 humana reliquit D. Christianus Nagel civis Erfurtensis, qui preter alia domui exhibita beneficia, eidem testamento legavit 120 florenos, apud nos sepultus. Eodem anno Conradus Archi-Episcopus Moguntinus indulgentias 40 dierum indulsit omnibus personis hujus domus, quoties in Missa post consueta suffragia clausulam, et famulum tricum Antistitem nostrum etc. addiderint; quas anno deinde 1440, 19 Octobris Theodoricus ejusdem sedis Antistes confirmavit.

Anno Dni 1421 fundata est lucerna in parvo claustro ultra januam refectorii per D. Henricum de Elvis, Plebanum S. Othmari Nimburgensem, cognatum D. Mathie quondam domus Vicarii qui eodem anno magnus domus benefactor vita defungens ibidem sepultus requiescit, lucerna predicta perpetim ejus illustrante sepulchrum. Presenti quoque anno dictus Prior innovavit pavimentum sedium in Choro; averes siquidem vetustate temporum detriti et excavati, maximam insistendi molestiam Patribus inf-
42 =erebant. Fuere tunc, qui innovationem hanc | introducerent dicentes, contentos de Patrum vestigiis, quibus ut insistant, indignos se affirmabant, sed levati gravamine et molestia priore cito palinodiam cecinerunt.

Eodem etiam anno, scilicet 1421 Reverendissimus in Christo Pater Dominus Julianus S. R. E. Cardinalis, et Legatus apostolicus per Germaniam convenit indulgentias omnibus orantibus pro extirpatione hereticæ pravitatis Bohemorum, quarum ut fratres nostri participes efficerentur semel quilibet hebdomada psalmos penitentiales cum litaniis legerunt; et Missam celebrarunt, hoc qui sequitur modo. Lectis Missis privatis, et trina hemisa pulsatione convenerunt ad Ecclesiam, et facto a Presidente signo, super formas procumbentes legerunt in silentio Pater et Ave, Sacerdote et Diacono in ultimis sedibus constitutis, quo facilius esse et commodius preparare hostiam sibi possent. Deinde Presidens Lectis

D. Joanne Aldendorf incarcerato committitur visitatoribus. —
Et committimus priori Erfordiæ collocationem D. Lancratii in D.ta
Elisabeth hospitantis, vel in provincia sua, vel in alia cum plena auctoritate
capituli generalis. — ch. 1465. Priori d'Erfordia non fit mia. ch. 1466. Priori
d'Erfordia non fit mia, ipsum in visitationibus suis ut ecclesiarum, quatenus
in visitationibus aliquarum domorum sibi propinquarum assistat
priori d'Nurenbergæ, novo visitatori, pro forma ordinis quoad practicam
sibi imprimenda. — ch. 1467. Priori d'Erfordia non fit mia. Et committi-
mus priori Erfordiæ auctoritatem capituli superannui quoad domum
(Stæ Elisabeth) usque ad capitulum gen.le futurum, si necessitas hoc exigat
ita tamen quod, praetextu illius auctoritatis, extra provinciam neminem
mittat. — ch. 1468. Priori d'Erfordiæ non fit mia. — D. Joan et mort
en charge la même année 1468, le 13 nov. d'après le mard. d. —
ch. 1469. obiit D. Joannes (Röttlas de) Nyenburg prior d'Erfordiæ, habens
par tot. ord. plen. cum ps. monach. — cujus anniv. f. scribatur sub die obitus
sui qui fuit 13 nov. — (alias prior d'Heldesheim et visitator per Alem.ne
Superiorib). — J'ai dit plus haut qu'il a été 1.er visiteur de 1418 à 1437, il le
fut encore de 1442 à 1443. — A été définiteur au chap. gen.l : 3.e en 1423 — 5.e en
1425 — 7.e en 1427 — 5.e en 1429 — 1431 et 1433 manquent — 5.e en 1435. — 1437
manquent ainsi que 1618. 1619 et 1621. —

Pater et Ave incepit submissa voce septem psalmos poenitentiales cum accentu circumflexo, sicut leguntur laudes mortuorum, quibus per choros finitis, Sacerdos hebdomadarius legit litanias etiam cum circumflexo, cui conventus respondet more solito, sub precibus Sacerdos celebraturus cum Diacono preparavit altare, sequebatur a Missa pro peccatis, aut de Spiritu Sancto, vel alia pro devotione / in precibus etiam, et ne dicebantur psalmi, Sepe expugnaverunt me, et Letatus sum, nisi finem Missa.

43 Sacerdos hebdomadarius / incepit cantu Antiphonam Salve Regina, sub qua celebrans se exuit, et ad gradum altaris more solito prostratus fecit orationem, indeque surgens in lectorio orationem, Omnipotens Deus nos famulos tuos / cantavit, subjungente cantore hebdomadario. Benedicamus Domino.

Anno 1422 sculptus est lapis supra fores monasterii 60 florenis, anno vero sequenti qui fuit 1423. Idem Prior construxit cellas lapideas N. O. P. que inceperunt olim a lucerna que fuit in angulo juxta cellam M; nunc lavatorium descendendo versus cellam veterem Prioris, nunc vero A et O signatam. Item construxit cellas donatorum duas, tertiam autem hoc ipso anno edificavit D. Theodoricus Plebanus ad S. Martinum intra: lota sunt quoque eodem tempore et anno fenestre Ecclesie et parietes cilicijs a pulveribus mundati sunt.

Anno 1423 12. Calend. Augusti, e vivis excessit Reverendus Administrator Dominus Mathias de Herbestein summe edis Herbipolensis Prepositus, domus Bonacensis Fundator, secundarius et nostre magnus Benefactor, qui preter censum 8 maldrorum et trium quartalium tritici et hodie in pagis Rienoltshausen et Trockelshausen, ducentas quoque marcas argenti tribus exceptis nobis donavit.

Eodem anno D. Johanni Priori per chartam commissa fuit visitatio domus Misericordie Dei prope Francofurtum ad Oderam cum plena potestate absolvendi / Priorem, 44 eorumque substituendi.

Anno 1425 construxit idem domum lapideam in civitate ad grues dictam pro commoditate frumentandi et dividendi vina et similia secularibus: edificia etiam ruinosa in meliorem formam restituit, in cellis hortisimum V. R. P. Jesu et L. Christianus monachus et filius domus hujus hoc ipso anno insignis et eximius scriptor, scribendo

absolvit (in pio integro triennio ex injuncto laboravit) missale altaris S. Crucis et tabulas duas pro cathedra Sacerdotis et Evangelii. Cuic etiam devotissime Patri sue quando se visendam præbuit Beatissima Dei para V. Maria, que cum de rebus celestibus animæ conferret, apprime consolatum dimisit. Qui post limina hydronicus effectus in summa animi tranquillitate et patientia divinæ visitationis flagellum sustinens tandem ardore excessit.

Verumtamen qui sub idem tempus vere hic floruit Dominus Conradus Ulla, Francopatria Herbipolensis, probitate autem ejus domus Palmam ei longe præripuisse in scribendo visus est. Erat is cantor et scriba item, qua arte, qua voce, qua denique manu admodum insignis, dulcissimus et artificiosissimus erat ejus manus usque hodie omnibus admirationi. Scripsit autem missale optimum pro summo altari, antiphonaria duo, Isaiam, Jeremiam, Epistolas S. Pauli cum omnibus homiliis et lectionibus, solemnissima volumina, præclara prorsus memoriæ et studiis sui monumenta. Multos etiam informavit scribendi lecturam et notulam magistralem: qui tandem ejus ætatis anno 1457 in Domo Jesu Christi hospes et luminibus relictus feliciter et hic admodum in Domino requievit.

Anno 1426 ab Henrico de Geldingen, cive hujus urbis et medico, fundata fuit Campas, vica celeberr. M. quæ noctu omnium majorum illustraret.

Anno 1427 12 Januarii: Christianus de Erkel, legum doctor et præpositus ad gradus S. Coloniæ, judex suæ Conservator privilegiorum Ordinis nostri a Summo Pontifice constitutus, subdelegatus ordinavit D. Abbatem monasterii S. Petri, nec non Præpositos et Decanos Ecclesiarum B. V. M. et Severi hujus urbis, qui Domum hanc virginum Deo sacram S. Patris Augustini ab invasoribus, et privilegiorum Ordinis violatoribus tuerentur, in eosdem dictus (opus) sive sententiam excommunicationis, suspensionis vel interdicti fulminando.

Eo ipso ordini inventa fuit Domus Passionis Christi prope Leyden, fundata a Ludovico Duce Leydensi et Brigensi, cujus visitatio et provisio hoc circumactis annis quindecim continuis Patri hujus domus commissa fuit, qui etiam hoc anno Domum S. Johannis Baptistæ prope Tiburgum Brabantiæ visitavit.

Cottley n 23

Anno 1430 prefatus Prior in Capitulo novum cum aviz Sindi sacramentum
46 et aliud hoc ipso anno videl. D. Johannes Saxonis | in Capella S. Johannis Baptistæ
cum Salvatoris dicta erecta in eadem capella columna quæ una cum trabe ultima
superimpositâ granario in terendis oneribus auxilio foret. Construxit eadem opera
et tempore domum artificum, quam carie et vetustate inutilem hoc anno
1622. Prior 43 Sindicis evertit. Idem supradictus Pater ædificavit hypocaustum sive
æstuarium Sartoris, Sutoris et pellificis: Conscribi etiam mandavit Chronicon domus,
quod postea anno 1453 periit.

Anno autem recuperatæ salutis 1431 Bohemi hæretici vi multa confisi et
furore pleni eruumpentes, vastata Voitlandia applicuerunt ad Misniam quorum
timore valido et metu Thuringia universa concussa tota hac civitate Erfordia totius
Thuringiæ Metropoli hostissimum trepidatum fuit, consulis itaque obsidionem civi-
tatis verentis, animum quanto ejus contra incursus hostium ad communiendam civi-
tatem adjecerunt, ac primum quidem donis votivis Deum per intercessionem Sanctis-
simæ Matris ejus Mariæ sibi propitium reddere cupientes, civitatem argenteam sump-
tuose fabrefactam, in qua mira celatura et artificio Ecclesiæ B. M. V. prætorium
sive curia, et monasterium Prædicatorum cum muro argenteo elaborata exprimebatur
ad domum hanc nostram allatam, magna animi demissione et confidentia de nobis
concepta, P. Priorem instanter rogarunt, ut ipse cum Conventu suo dictam civitatem
47 argenteam Beatissimæ Virginis Mariæ deferret | et sumptibus eorundem in Aquis-
grano eidem Deiparæ Virgini donum ferret. P. Prior itaque benigne et humiliter
eorum petitioni annuens, illico congregato toto Conventu ad minus Claustrum ante
altare Beatæ Mariæ Magdalenæ, et ibidem simul ad terram prostrati, P. Prior incepit
dicere Confiteor, etc. more solito cum Conventu, ac deinde civitatem, ut rogatus fuerat
nomine duo, Conventus et totius Senatus, Deiparæ Virginis Mariæ in Aquisgrano
offerendam vovit in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen.

Consules autem voto emisso et Numine divino invocato, illico quod reliquum
fuit, civitatem munire cœperunt; timentes autem monasterium nostrum maximum
afferre posse, quia extra muros positum tunc fuerat subsidium hostibus ad oppu-

grandam civitatem, consilio inito, solo illud aequandum et alibi reaedificandum judicarunt, jamque operi instanter incumbebant, ac monasterii muruum dissipare et dejicere aggressi fuerant, cum esse subito, Dei nutu priori consilio mutato, parcendum quidem monasterio, sed tamen fossatis profundis, tum muro turribus et propugnaculis ad reprimendos eludendosque hostium impetus, conatusque validissimis ac fortissimis cingendum quaqua versum statuerunt.

Dictum, factum: Verum tamen graviori, quinimo gravissimo ut haec dies probat domus damno et dispendio. Compulsi namque Patres nostri, et violenter adacti ab
48 Senatu, praedictam structuram cum fossatis, moeniis, turribus, fortalitiis et ponte cum id genus necessariis, propriis sumptibus iisque prorsus intolerabilibus, graviciliet, ut cetera taceam, aere alieno exstruere, donec plane delicerent, nec ultra, praeminia inopia progredi, aut prosequi coeptam structuram potuissent.

Quibus tamen Senatus nihilo motus incommodis, aut mitior erga nos affectus cum ultra aedificando non potuissemus, currus tamen et equos, qui continuis Senatus servitiis inservirent, domus sumptibus et expensis exegit et extorsit vi, unde domus in extremam paupertatis angustiam redacta, et aere alieno praegravata, id solum solatii habuit quod divino operante Spiritus Sancti instinctu, cives sine ullo honore aut usura, seu censu praedictum es alienum gratuito et libenti animo accomodarint. Consummatis autem omnibus quae ad defensionem civitatis videbantur necessaria, nec tamen interea timor et terror Bohemorum minueretur aut quiesceret, sed in dies magis ac magis accrescaret, Senatus civitatis utilitati et indemnati maturae perfectius consulturus, supra molendinum nostrum trabibus fortissimis per flumini valide infixis asseribusque in transversum applicatis, aquae defluentis primum cursum inhibuit ac statuit, ac deinde retrorsum eadem violenter coacta, omnem circum civitatem, ne hostibus pateret accessus, longe late que patentem inundare fecit campum aquis. Dum haec autem agerentur, Patres nostri haud leviori timore,
49 caeteri consternati, omnes libros illico in principio, medio et fine taliter Carthusiensium prope hebdiam consignantes, exitum de domo hac ad monasterium Scotorum in civitate, eo loci rei hostes latura eventum, maturavere. Necdum egressi

fuerant, cum ecce persona quædam est Patribus ordinis in precibus pernoctans, coelo delapsam taliter sibi loquentem audivit vocem, ne timeas ipsi non venient huc.

Verumtamen postea quam Bohemorum Dei beneficio saevitia et furia fuit compressa. Consulatus domus nostræ attrita laborem et angustiam, poenitudine divinitus ictus, recompensare volens, fossatum majus inter hortum et Lupuletum nostrum cum aqua copiosissima pro educatione piscium gratis et propter Deum sub sigillo Senatus ultronee donarunt, ea tamen conditione ut pontem cum suis pilis ac aliis requisitis perpetuis temporibus domus expensis conservaremus. Qua de causa Patres nostri maxime de beneficio affecti reputantes, Deo in primis, tum Senatui regratiantes, mirifice exhilarati sunt, perpetim unanimiter statuentes subsequens ut collecta: O Omnipotens sempiterne Deus adificator, etc. ab omnibus monachis et Clericis domus hujus post matutinas de Domina, quæ nudum officium Salve Sancta Parens, ejusdem sanctissimæ Virginis, quod privatim solvitur in cellis legerentur. Atque hæc quidem de damnis et excursu Bohemorum dicta sufficiant, nunc reliqua acta Prioris prosequamur.)

50 Eodem anno 1431 per chartam Capituli jussus fuit visitare domum Claustri Beatæ Mariæ Virginis Hildesium; sed et hoc ipso anno in festo S^ti Hugonis Lincolniensis cella litera "H." nunc vero L. negligentia et incuria D. Conradi de Landvia magistri novitiorum, qui casu nitedulam seu cinedulam luminis emuncti ad lectum novitii, qui dictam cellam inhabitabat, projiciens rei ignarus hexerexit ad matutinas interim sub Cantico Te Deum laudamus, flamma exurrente, tota omnibus remanentibus in choro conflagravit. Quam postea Dominus Guntherus Bock Priori longe meliorem reædificando restituit, donando hoc ejusdem fundatione 300 florenos Rhenenses, qui etiam hortum ex opposito monasterii, uti Lucretius meminit, et 7 agros vinearum in Bischofsleben gratis nobis concessit, dotavitque altare S^tæ Mariæ Magdalenæ 18 marcis argenti, insignis amicus et benefactor noster cum filio et uxore.

Anno 1433 Idem Prior emit bagum Reinsleben cum omnibus juribus et pertinentiis a Friderico Lantgravio Thuringiæ pro 10 marcis argenti, hac quod

idem est 914 florenis, ogrosis monete Erfurtensis: huiusque huius ville ordinis ritui Cartusie traditus. Anno sequenti 26 Junii a nobili Domino Friderico de Hoyrgarten qui jussu Ducis tradens Priori saculum judiciarium huius hagi, subditos omnes a vinculo juramenti, quo Duci tenebant obnoxii, absolvit; itaque nos exactis in celum triginta non coacti, neque convulsi, sed sponte sua vero se suisque hereditibus et successoribus juramentum fidelitatis et subjectionis Priori prestiterunt) Quum etiam circa hunc annorum et temporum decursum, domus nostra notissimum non in personis tantum, sed et alias in exteriori administratione florere coepit: anno siquidem qui proxime sequitur 1434 novem huius domus filii diversarum ordinis domorum Priores fuere et septem nihilominus utriusque juris doctores monachi professi domus residerunt in Gallilea. Primus, Horti Christi prope Nördlingam fuit Dñs Albertus H: Garhusen, Procurator Ordinis in Concilio Constantiensi et Basiliensi.

2. Claustri Marie prope Hildesium Dñs Conradus de Landvia.
3. Nove celle in Grunaw D. Joannes Mulhausen.
4. Celle salutis in Tuckelhausen. D. Joannes Ostrauw.
5. Domus S^te Elisabeth prope Znaym D. Joannes Ulrici.
6. Passionis Jesu Christi prope Leignitz D. Petrus Andernach.
7. Celle Marie Norimberge, D. Joannes Monasterii.
8. Montis omnium Angelorum in Onals, D. Joannes Franck.
9. Domus hujus Montis S^te Salvatoris, D. Joannes Bottlos de Newenburg.

Et tot licet per hec provincias Ordinis et domus essent dispersi professi, nullam tamen domus hec inde sentiebat aut patiebatur penuriam sive inopiam personarum. Quod idcirco evenisse multis visum fuit quod disciplina regularis apud plerosque Thuringie religiosos collapsa et neglecta fuit, solis carthusiensibus exceptis, quorum disciplina in primevo suo vigore collabi et interire nescia, stabilis ac firma
52 permansit. Qua de causa plurimi, quos tropice salutis cura | et amor succenderat divinus, ad eos confluxerunt. Verumtamen ceteris religionibus reformatis, passim major pars post eas iterum declinare coepit, utpote apud quos minore labore et molestia salutem suam operarentur.

Anno eodem Prior molendinum cum horto contiguo juxta tenorem literarum desuper conscriptarum, a Domino Gotschalco Parodeis, cive Erfurtensi pro 32 marcis puri argenti cum dimidio comparavit; qui etiam.

Anno postmodum 1445 nobis cessit viam antiquam, qua de horto nostro per portam novi operis ibatur, ad civitatem, ob quam eidem annue tenebamur ad censum 2 solidorum et unius pulli, quem nobis remisit, eidem pariter censu duorum denariorum et unius pulli propter vineam suam in Dachwig nobis debitam pariter condonato. Quinimo etiam aquaeductus, qui etiamnum monasterium levi susurro perlabitur, vulgo der Dregborn (sic dictus a triplici scaturigine) senatus munificentia provenit.

Eodem anno 1434 universam Thuringiam gravissima annonae charitas oppressit, unde quia praefatus Prior annis superioribus frumentum pene omne incauta vilioris pretio vendiderat, nunc chare admodum singula scilicet maldra singulis 10 florenis comparare compulsus fuit. Dominus nempe Guntherus Bock 30 fercentis vendidit, quibus postliminio anno 1438 in claustro minori fundavit altare Sae Mariae Magdalenae cum una missa singulis sextimanis perpetuo celebranda.

Anno 1437 Sabbatho ante Dominicam Invocavit glacies congregata ad nostrum molendinum praesentissimam eidem minari visa fuit eversionem, quamobrem cunctis patribus, civibus, pistoribus, et caeteris de molendino accurentibus, molendinum praesenti periculo eripere conati sunt: Diu autem desudantes et incassum, desperato jam humano, ad divinum confugere auxilium: Prior itaque ad subsidium Deiparae Virginis Mariae fiducia plenus conversus, missam de eadem legit, dignum Dei Genitrice beneficium, ipsa nocte Dominicae Invocavit adeo subito omnis illa ad molendinum conglomerata glacies disparuit, ut ne vestigium quidem aliquod, in tanta licet caeris inclementia et frigoris asperitate permanserit.

Anno eodem 2 Augusti Sigismundus Imperator omnia privilegia olim huic domui a Carolo IV, caeterisque Imperatoribus gratiose indulta confirmavit ingra: Demque Fridericum Electorem Saxoniae, Fridericum Ducem Thuringiae, Ludovicum Landtgravium Hassiae, et Senatum Erfurtensem ejusdem Protectores ordinavit.

Anno Salutis 1438 pie et sancte in Domino defunctus est Dcus Dr Adelarius

Pater Dominus Theodericus Lampkorff, qui cum in vigilia omnium Sanctorum extremæ unctionis, more ordinis inungeretur Sacramento, vidit in spiritu duos presbyteros admodum reverendos griseis indutos tunicis, ac recenter rasos de societate ad se procedentes, qui dictum Theodorum humanissime intuitus, in anima et corpore mirifice confortarunt, ac recedentes mirum in modum constatum reliquerunt. Qui duo presbyteri, quia citra ambiguum Sancti duo Episcopi Lobarus et Hilarius putati fuerunt, eo illo die Calendarii domus albo inscripti sunt, et eorundem Sanctorum dies natalitii quotannis religiose a nobis agi consueverunt. Hoc eodem anno quo supra, scilicet 1438 glacie denuo insurgente idem prorsus molendino nostro in festo Sti Anthonii incumbente periculum atque interitus, verumtamen P. Prior ea fidentius Deiparam Virginem Mariam pro auxilio imploravit, quo certius in simili discrimine ejusdem jam presenserat et experturus fuerat adjutorium. Missa itaque de eadem celebrata, ut idem a ceteris sacerdotibus fieret, imperavit. Cunctibus interim Fratribus laicis qui, quantum possibile foret, impetum glaciei reprimerent, ac molendinum ab interitu salvarent, sed inani scilicet labore, lassi namque et defatigati, cum jam ultra resistere non potuissent, uno presertim in hoc verba prorumpente « Was thun wir arme menschen es ist alles umbsonst, befehlet is unserm Herrn, der Israëlitn einem Jahr geholffen, der Helff uns auch nuhmehr », dictum, factum; nocte insequente tota illa glacies denuo resoluta evanuit.

Eodem quoque anno a Capitulo generali impetravit idem Pater licentiam pro domo hac duos instituendi Procuratores, quorum unus respiceret interiora sive domestica alius vero exteriora negotia exerceret. Eundi etiam pro negotiis ejusdem domus juxta discretionem P. Prioris tunc eidem presidentis. Confirmata autem est hæc licentia a Reverendissimo Patre majoris Cartusiæ sedente Capitulo anno 1449.

Anno 1440 Reverendissimus in Christo Pater et Dominus Theodoricus Archiepiscopus Moguntinus, huic domui incorporavit parochiam in Rinckleben, et indulgentias a Conrado predecessore suo concessas renovavit.

Circa eadem fere tempora memoratus P. Prior optime de domo hac jam ultra 30 annos meritus, ætate ac senio gravis, postquam multa religiosa opera perfecisset

Ordinque et gregem sibi commissum summa veritate et religione rexit et, tandem supremam manum quasi brevi operibus ac regiminis sui impositivus, hoc quod sequitur, religiosum facinus quasi coronidis loco adjecit. Monasterium Monialium in Hassia partibus situm fuit, dictum sive ab ipso Fundatore, sive ab suis propriis hospitibus, Mons Ste Johannis Baptiste in Volgelsperg; construxerat id Dominus Landgravius Hassie anno ejus Seculi 1442. Alumne autem ejus Moniales brevi tempore, quo id inhabitaverant cum inordinate et prodigaliter vivendo, totius pene monasterii bona mobilia et immobilia consumpsissent, prefatum monasterium ne penitus interiret, Sacro Ordini nostro et prefato Priori dono obtulere, quod ipse quia devocit animi gratitudine (licet contra morem et formam statuti) tamen acceptavit, et statim paucis secum assumptis de hac domo personis tribus aut quatuor, desolatum monasterium ad formam Ordinis extruere capit, effectque solerti industria et labore ut rebus omnibus ad amussim compositis (vixerant enim Patres nostri | ibidem multo tempore in magna paupertate, penuria et patientia) tandem pristino restituerentur splendori. Crescebat interea quoque magis magisque tam in personis quam annuis proventibus et provisionibus, adeo ut brevi tempore in piscibus, vino, cerevisia ad honestam et religiosam vitam agendam necessariis abunde esset provisum. Unde et a Capitulo generali anno 1446 Ordini incorporatum fuit, constituto ibidem primo Priore Dno Tylemanno de Magdeburg, professo hujus domus.

56

Anno 1447 Priori hujus domus per Chartam commissa fuit dispositio domus Isenacensis.

Ipso anno visitantibus hanc domum, Domino Johanne et Domino Nicolao, Prioribus domorum Norimberge et Buxie, Nicolaus Servitz et Mauritius presbyter Pater ac Filius, ambo donati hujus domus ex pia largitate eidem supra mille florenos obtulerunt, volentes ut annue circa Pascha, et in crastino Exaltationis Sancte Crucis cuilibet religioso daretur una libra ficuum, sesqui uncia Zingiberis, cum dimidia mensura vini gallici. Ad domum denique propriam rebene gesta dictus Prior reversus, post aliquantulum temporis affectu et desiderio paterno filios suos in novella plantatione iterato revisendi consolandique incitatus, iter arripuit, venit, vidit,

consolatus est, et statim ibidem adversa valetudine correptus, invalescente morbo paucis post diebus, saluberrimo in Dno (vie qui sto Bructis sacer est) fine consummatus fuit, regiminis sui 2ª anno salutis 1448.

57 ## IX. Dominus Joannes Osterow. (1448-1453.)

Hic Dominus Joannes, vir profecto qua pietate et religione, qua denique eruditione conspicuus, fuit domus hujus filius 72 primus vero quam domui canonico Patrum suffragio anno 1448 praficeretur, pervigili animi industria et sollicitudine gubernavit domui Cellæ salutis in Tuckelhausen, verumtamen inde revocatus Prior delectus est hujus domus.

Anno 1449 V Dus Octobris mortem oppetiit nobilis Dominus Jeffridus Zigler ad rubrum cervum, qui præter beneficia a se huic domui in vita collata, eidem testamento legavit 6 florenos annuales, de quibus in majoribus anni solennitatibus singulis personis hujus domus ministrarent medius nosselinus gallici, aut alterius præstantioris vini, quo ejus memoria apud illos jugiter remaneret. Anno sequenti 13 Calendarii Septembri vita defunctus fuit Reverendissimus Dominus Theodricus Luitemberg quondam Rebanus parochialis Ecclesiæ Sti Martini hic in urbe, a quo domus hujus domus, qui fundavit Cellam T cum 500 florenis, ex re defuncti domui ex testamento ipsius obvenere 8 floreni annuales eo fine, ut conventualibus quotannis in die anniversarii ejusdem bona pitantia præberetur, et postridie S. Remigii certæ species aromatica vini ministrarentur.

58 Eodem anno Dominus Joannes Prior a parte occidentali in chorali cum Ecclesiæ vici locum illum eminentiorem sive pergulam ex qua Consules et alii magnates civitatis, item præbendarii olim, et alii ad Dnum nostram diebus festivis adventantes, missarum solemnia et sacras conciones spectarunt audire consueverunt. Legitur in veteranis manuscriptis chronicis, quandoque ultra duo millia confluxisse hominum.

Verumtamen pluribus pro domus dignitate invicto animo tolerabilis labores ac molestias, anno ejus sæculi 1453 vitam finiendi ex officio Prioratus, ut hactenus assiduus fuit, deinde vero 1473 die 19 Januarii [illegible] vita defuit

1448 – 1453. ch. — D. Jean Osterow (et Osterauw). —

Profès de la maison, avait été prieur de Luckelhausen jan. 1434 - 1440 ch. élu prieur après la mort du précédent. —

ch. 1449. Prior d'Erfordia non fit mia; et causam, D. Joannis de Aldendorf monachi ibidem, committimus visitatoribus provinciae terminandam, coram quibus visi scripta sua sufficienter verificaverit et probaverit, juxta demerita puniatur. Flores a impleh: « Rp. Joannes Sator transeat ad domum primae professionis suae in Grunow, si fuerit necesse praeexamine expensarum d'Erfordia. — ch. 1450. Prior d'Erfordia non fit mia; et de consilio quod potest super recassu census donati, responsum est per cartam. — ch. 1451. Prior d'Erfordia non fit mia, et causas inclusorum duorum monachorum et donati presbyteri committimus visitatoribus, prout et ipsi petunt. — ch. 1452. Prior d'Erfordia non fit mia. ch. 1453. Prior d'Erfordia ad magnam et devotam sui instantiam fit mia. D. Joannes d'Osterow est vicaire à Erfurt le 9 mars 1462, d'après l'inventaire de D. Jean Lotley. Quand a-t-il été prieur de Legnitz. j'ignore. Il était en 1465 jusqu'en 1468. peu après 1470, et est par encore au juste. et mort le 29 sept. 1473. Le nécr. a au 29 sept: « D Joannes N. professus et longo tempore vicarius et etiam prior hujus d., qui fuit aliàs prior in Luckelhausen et Legnitz. »

ch. 1474. obiit D. Joannes Ostrow monachus prof. d'Erfordia, qui fuit aliàs prior dicta d. et domorum, Passionis Xti prope Legnitz et Luckelhausen, obiit 29 sept. — Pour le jour de sa mort lach. est d'accord avec le nécrologe.

ese inter vivos.

X. Dominus Tilmannus de Maideburg. (1453-1456.)

Iste Dominus Tilmannus legitimis votis prædicto Joanne absoluto immediate subluctus ex Procuratore, vir bene tum pius, tum doctus, filius autem domus 88. fuit.

Anno primo institutionis suæ qui fuit 1453 infra Octavas Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ conventum fuit plurium primariorum Dominorum de civitate Doctorum aut lautorum domus, a quibus consultatum fuit supra agriculturam prædiorum nostrorum, expediat ne propriis ea expensis et sumptibus colere, an vero locare? maturo igitur habito examine et consultatione, finaliter decreverunt, hujusmodi culturam allodiorum nostrorum, non solum nullam utilitatem nobis relaturam aut auctum, sed e contra potius multo magis damnosam futuram, quin imo impossibile fore, ut citra evidentissimam perniciem omnes impensas et sumptibus et laboribus elanturæ. Hoc pernecessarium omnino, ut per, emphyteosin prædia locare certo annuo censu pignore. Placuit Conventui sententia, eamque ratam habuit. Ea propter caveant posteri nostri, ne eadem bona propriis sumptibus in perniciem Domus penso quandoque colere præsumant.

Vicitas autem A. Dñi anno 3 sua præsidentiæ iterum absolutus per capitulum generale, 2. quod reliquum fuit temporis vitæ hi bibens, et vinculis tandem carnis solutus, spiritu in pace.

XI. Dominus Hermannus Reinbath. (1456-1457.)

Professus ex filiis domus Sctæ Beatæ Mariæ Nürnberge, patria vero Rinnensis Bohemiæ, eodem anno quo præcessor ejus Dominus Tilmannus fuit absolutus hoc est 1456 institutus est in rectorem hujus domus in festo S^ti Viti et Modesti Martyrum. Qui statim sua initium sua institutionis sua, et quasi primus hujus novam compilationem chronica domus hujus conscribendam Domino Hermanno Mendel (utpote qui jam pridem superioribus annis eandem conscripsisset - verumtamen mendose quia in curia perditam) inventa illam, quam etiam ut scribit, quamvis ex hoc quod in curia perierat, ut ipse testatur. Unde fidelem descriptionem ex illa fecit, omnes sibi commisse, reperitque talem; nempe bonorum cum uno monte, 7 molendinis, 5 curiis, 2 tabernis; domus hujus tum in nummis

ch. 1453-1456. ch. D. Vilmann Westfaul de Maidenburg. —
Profès de la maison, qui avait été nommé prieur de la chartreuse de Hasse par le chap. de 1446 - où il resta quelques années, en 1451 il y a un autre prieur à la dite chartreuse. — ch. 1453 Prior Prof. fit mia (utantea) .. et ex rationabilibus causis nos moventibus, omissa electione illa vice tentata, profecimus D. Vilmannum de Maydeburg (de Mayburg. Flores) procuratorem dicta D. in priorem. — ch. 1454 et 1455. Prior D. Erfordiae non fit mia. —
ch. 1456. Prior D. Erfordiae fit mia; et electionem novi prioris remittimus ad conventum, quem, si canonica fuerit, priores juxta formam ordinis ad eam vocati habeant confirmare; sin autem, visitator principalis habeat domum & personas idoneas providere. Et quia intelleximus in dicta domo varios excessus et cohabitationes p. laicorum, cum mulieribus in grangiis et aliis locis contigisse, et alias varias ordinis observantias et laudabiles consuetudines immutatas et in detrimentum [redactum] venisse: monemus sacrosc visitatores dicta provinciae ut ad emendationem et correctionem predictorum, sacrosc (sacrosc Flores) attendant, monentes etiam omnes personas dicta D. quatenus in premissis emendabiles se exhibeant, si dicti ordinis voluerint effugere ultionem. — (Ind. Luckelhausen) Ut frater Joannes Lutor conversus hospes in dicta D. redeat ad domum sua ultima professionis prope Erfordiam. —
D. Vilmann ne survécut pas longtemps à sa déposition, il est noté dans le nécrol. au 19 janvier "D. Vylemannus Westfayl de Maydenburg, monachus hujus D. et quondam prior de Hassia. — Et obiit mort le 19 janv. 1459.
ch. 1459. ob. fit D. Villemannus Westfaul quondam prior D. Ste Joannis Bte in Hassia
2e prior D. Ste Balvatoris prope Erfordiam. —
15 Juin 1456-1457, 15-22 Aout. D. Hermann Reinbott et Reinpot, D. Hamann d'Erfort, mais profès de Nuremberg et alors prieur à Grunau n'a pu être élu prieur de St Laurent. Ou les religieux ne se seraient pas entendus pour l'élection, ou ils auront renoncé à la faire, et alors le Visiteur, selon le pouvoir à lui donné par le chapitre, l'aura nommé. —
Le chroniqueur dit bien institutus vir bonus et honestus (15 Juin). —
ch. 1457. Prior D. Erfordiae non fit mia. — Le chroniqueur nous dit

annue deductis expensis circiter 400 maldra bladorum diversi generis, itemque 400 texa-
genas ex allodiis, molendinis, pistrinis, una cum censibus tam perpetuis, quam redimibilibus.
60 praeterea 100 agros vinearum, et in Brembach 6 vaccas, 16 oves, 17 sues: in Rinckleben
34 vaccas, 14 equos cum 9 pullis. 45 sues, 200 oves. in molendino in urbe 12 sues.

Verumtamen idem P. Prior vertente anno infra Octavas Assumptionis B. V. Mariae denuo
absolutus, in Priorem domus suae propriae et professionis delectus est et confirmatus.

Fuit praedictus Prior priusquam Domui nostrae praeficeretur, duabus in domibus Prior,
domo silicet professionis suae Cellae Mariae Norimbergae, et Cellae novae in Grunaw.

XII. Dominus Joannes Hagen alias de Indagene.

Placet pro admirandi hujus et eximii viri meritis et perenni memoria ejus gesta,
ac vitam altius deis caetere. Patria quidem ejus et parentes scriptis minime prodiuntur,
fuit tamen ex nobili prosapia oriundus, nobilium ab Hagen, quam idem nobilis anno 1630 in quadam
quadam: natione Hirnebri inter suos expresse adnume-
rarunt. Fuit vero adhuc puer ingeniosissimus, a Deo sortitus animum bonam docilem:
juvenis autem, vel potius adolescens acumine ac velocitate ingenii, tum memoriae tum
tenacitate, ac plurimarum maximarumque doctrina suos cocataneos longo post se in-
tervallo excedens, summis quibusque ac doctissimis juris capitibus esse summe conspicuus,
et admirationi. In continua vero et jugi ~~labore~~ lectione sacrorum librorum, medita-
tione legis Dei, caeterarumque, non tamen passim omnium, sed humanae tantum sapien-
tiae jactantiam, aut vanum verborum strepitum exhalantium, tales enim tanquam
merces, ut etiam reverso dignoscuntur, jactantiae et insufflationis fomites, virtutum
61 vero exterminatrices| odio prosecutus est: sed eorum qui animum primum quidem
virtutibus imbuerent, deinde vero mentem sapientiae dono, quod desuper est descen-
dens a Patre luminum, illustrarent, illustratam autem in anteriora et viriniora
sanctis apprehendenda incitarent, ac postremo conscientiam bonam non solum custo-
dirent, sed et augerent, dirigerentque.

In talium inquam lectione adeo fuit assiduus, indefessus et immobilis, ut dictu
id assequi, pene dixerim impossibile, optavit equidem, et datus est ei sensus intelli-
gentiae, invocavit et venit in eum spiritus sapientiae, quam ipse Superadditam et
Speciem aretius dilexit, praeposuit eam regnis et sedibus, et divitias nihil esse duxit in

dit que l'année suivante (1457) D. Hermann fut élu prieur de la maison de profession — août 1457 - 1459 ch. déposé profitar l'ancien ch. 1478. obiit D. Hamannus Rinbati de Erfordia, qui fuit abbas prior Camorum in Grunau, Erfordiæ et Nurenbergæ, habens plen. cum pot. monach. in prov.a Alemaniæ Inferior.s, obiit 7 dec. — Jenaæ d'Erfurt le marg.e au 7 sept. — A été comvisiteur 1465-1468, visiteur 1468-1472 et 1474-1476 ca.

fin Août 1457 - 1459, juillet. — D. Jean Hagen.

Quoique le chroniqueur ne le dise pas clairement, D. Jean Hagen, qui était alors prieur à Eisenach, fut élu après le départ de D. Hermann. Il dit lui même dans sa vie : « Duas successivas habui curas pastorales, a Domino mihi impositas quia canonicè et rite electus, Spiritu Ste invocato, missa de eo cantata.... et un peu plus loin - « tandem elapsis in illa cura (in priorato Jenaci) plusquam tribus annis (1453-57) patres mei d.ni Ste Salvatoris ... me vero cura nitebantur et inofficium ponere curæ pastoralis. Quod percipiens (il était un des 12 prieurs venus pour présider l'élection) restiti omnibus viis et modis quibus potui, minis et comminationibus eorum terrendo mais en vain ... major et sanior pars ma vota in meam personam in scrutinio miserunt, eligendo me in priorem d.ni Ste Salvatoris ... il voulut encore me visiter ... tandem compulsus ex præcepto obedientiæ mihi facto...

ch. 1458 et 1459. Prieur d'Erfurt non fit mia. — La visite dut avoir lieu à Erfurt au commencement de juillet 1459, puisque son successeur fut élu le jour de St Kilian (8 juillet). D. Jean fit si bien auprès des visiteurs qu'il obtint miséricorde. — On peut voir dans sa vie ce qu'il raconte sur ce sujet. (Ephem. I. 463-496). —

ch. 1460. Priorem d'Erfurt non fuit mia; et absolutionem D. Johannis Indaginis a priorato dicto d'Erfurt per visitatores in ultima visitatione ad sui instantiam factam laudantes et approbantes confirmamus. Et nihilominus dictus D. Johannes Indaginis, sicut alias in carta capituli generalis anni 1456, in nullo casu ordinis, domus nec personarum vel personæ, quicquam affiniat in tractatibus publicis vel privatis sive singul

comparatione illius, aurum et argentum in collatione ejus tanquam arenam et lutum estimavit.

Quapropter annum agens quintum de vigenti, divino tactus amore, non fallaces hujus mundi tam immundi deceptrices blanditias subdoratus fastidivit, et in florida adolescentia ipsum mundum cum flore despexit, et ad tutiora securioraque salutis adipiscendae se conferens castra in hac domo nostra S. Ordinis Carthusiensis Deo militaturus, jugo suavi Christi collum libens amanterque submisit anno ejus saeculi 1440,

Deo itaque veteris deposita conversatione hominis consecratus, quicquid temporis praeter
62 id, quod ordo divinis laudibus decantandis, et aliis religiosis exercitiis attribuit / sufficeret, tota animi intentione et affectu, sacrorum aut lectioni librorum, aut Dei mysteriorum vivae fidei contemplationi et meditationi impendit. Facta est itaque propediem cum Domino Hieronymo ei cella et solitudo, coelum seu paradisus, mundus autem deterrimus carcer, conversatio hominum diosa, intra cella autem pacis et jugis cum Deo conversatio, delitiae summae, et suavissima animae refectio.

Verum postaquam jam annis pluribus sic ad pedes Jesu optimam cum Maria eligens partem sedisset, essetque anima ejus divinis consolationibus eloquiisque ubertim abundanterque referta, nec minus de torrente gratiae ejus et voluptate gratiose praerenta ac rotata, Patres hujus ejusdem exercitiis mirifice delectati, ut tandem incommunem fratrum et domus profectum, qui Mariae sedulo hactenus incubuit parti, non minus circa Martha frequens satageret ministerium, concordibus votis et suffragiis eorumdem in praedecessoris sui locum, qui tunc fuerat, Dominus Hermannus Reinbothe, summo cum animi sui dolore et moerore subrogatus est, et Prior institutus anno 1457 licet animus ejus a Marthae solicitudine plurimum abhorreret, ne tamen suo muneri minus fungeretur, primum plurimas lites, et causas controversarium pendentes in judiciis et coram principibus ad finem perduxit. Sub hujus regiminis anno primo Wilhelmus Lantgravius Thuringiae publico diplomate testatus fuit, se jus forense in majori Brembach et Ohringen, quod haec Car-
63 thusia cum / bonis ibidem olim ab Abatibus Portensi, et Hirschfeldensi emerat, sed propter dissidia inter nobiles ab Heldrungen et Erfurtenses, hujus majoribus ad illud manutenendum commiserat, ex nostra gratia favoreque obtinere, deo nos ubicumque posset, se paratum defensare.

singulàribus, sub pœna carcerìs criminosorum, ne pacem fratrum suorum perturbat, domum dammificet et scandalum, sive graves displicentias apud in extraneos et extraneos doctos parìtor et indoctos ex sua dessinctione separate et alios cartusienses constituat, nec litteras vel scripta recipiat vel dirigat sine licentia sui prioris. — D. Jean Chavet a ajouté: « Notandum haberi anno 1454 in charta capitulari de D. Johanne Indaginis, sed tantum de D. Joanne de Wissamburg, monacho in carcerato in d. in Luthelhausen, itemque de eodem anno 1453. Sed non est ille noster de Indagine et in professus d. Nurenbergæ, hic vero Erfordiæ. » Une note plus récente ajoutée à l'original de la carte qui est à Paris est ainsi conçue: « Eodem anno 1454, fo. Indaginis præerat domui Wenacensi, et in carta capitulari ejusdem anni 1454 nihil habetur de Joanne Indaginis, sed de Joanne de Wissenburg, qui dure admodum, ibidem excipitur. Postea Joh. Indaginis hoc anno 1460 institutus fuit Prior Francofurdiensis cartusiæ. Quid ergo sibi vult hujusmodi dura increpatio? Vixit doctus et sanctus... » Quoiqu'en disent ces deux notes, je ferai remarquer que ce n'est point la conduite de D. Hagen que l'admonition blâme, mais elle redoute les inconvénients des décisions qu'il peut donner comme savant et théologien. — Un esprit aussi extraordinaire et fécond, puisqu'il a écrit quasi 500 opuscules, devait être recherché, on devait le consulter. — Ses opinions pouvaient donner lieu aux inconvénients signalés par le chapitre. — D'ailleurs voici une autre admonance de chapitre de 1463, adressée au même D. Jean Hagen, alors prieur de Francfort, qui explique le sens de celle de 1460. — ch. 1463. Prior d. prope Francfordiam non sit mica, sed injungimus idem, sub pœna privationis ab officio prioratus ipso facto, ne amodo scribat et copulet scripta vel tractatus in materia Bohemorum, aut aliorum principum, quorumcunque, quibus ad indignationem eorum possit provocare. Scripsique tractatus contra regem Bohemiæ aut in materia discordiæ, quos ante hos episcopos ordinis de Moguntinensis in nihilum redigantur et in ignem mittantur, admonentes visitatores provinciæ quatenus spacia-

-liter

Deinde vero anno ejus seculi 1459 pavimentum refectorii majoris Patrum, quod passim vetustate a vermibus tunc putrefactum, tum corrasum fuerat, restituit. Profecit etiam domus tam in disciplina quam redditibus et personis, prout ex descriptione status hujus domus sui temporis elucet. Fuerunt siquidem anno 1459 in hoc conventu 15 monachi cum uno novitio 5 conversi, 4 donati, unus prebendarius, habuitque domus in pecoribus oves 600, equos 24, totidem vaccas, porcos 30, 20 plaustra vini, et supra 400 maldra frumentorum.

Nec tamen ipse interim destitit omnem movere lapidem, causasque inquirere, quomodo se gravi onere prioratus honeste iterum exueret, liberaretque, et intra cellam secretum delitesceret, voti tandem compos effectus. Anno 1460 ab officio quidem hoc ad breve tempus absolvitur, sed paulo post succedente aliarum vel invitus et renitendo cogitur et impellitur subire domorum curam et regimen, nimirum Ste Elisabeth prope Isanacum, domus gratiæ Dei prope Stetinum, domus misericordiæ Dei prope Francofurtum ad Oderam. Quid autem molestiæ, quid solicitudinis vel unius domus cura generet, ne dicam plurimum, quilibet apud semetipsum facile dijudicare, dignoscere poterit; pariter autem iis profecto qui Deo magis conjungi spiritu et familiares fieri merentur, non nisi maximam gravissimamque. Leo hic noster eximius confrater, licet tot tantisque curis et solicitudinibus diversarum, quibus præcrat domorum fuisset distentus, adeo tamen scriptioni librorum intentus fuit, et tantam in elucubrando diligentiam, et in perseverando constantiam exercuit, ut nedum quidem a commentandi scribendique labore quiescere potuerit, quamvis in paupercula quadam Cartusia simplex cellista delitescens, candelarum usu aliisque ad minusculis ad elucubrandum necessariis destitutus fuit; ita namque juvenes a Patribus nostris accepimus, cum scilicet cum non posset sufficienti lumine potiri, interdum ex ossis pinguissimisque esculentis, luminis fomitem sibi ipsi concinnasse. Unde etiamnum multa ejus scripta propria manu exarata pinguedine undequaque insigniter sunt delibuta et bene uncta.

Scripsit autem iste unus Pater tantam et tam ingentem molem pro communi reipublicæ christianæ utilitate librorum quingentos scilicet, præter illos quos tribuit et

litar super dictam domum habeant oculum, et eam quantum ipsis possibile foret a scandalis et damno occasione predictorum scriptorum preservent.
ch. 1464. Prior D. prope Francofordiam fit mia. — fut peu après nommé prieur de Statin. — ch. 1467. Prior D. prope Statin non fit mia. Et tulerat unum florenum renensem domui Narenbergæ, quem prior quidam D. tulerit amore prioratus R^de Patri Cartusiæ pro quadam parisona hic domus transitum faciente per domum Cartusiæ, super quo, si dubitat, interrogat D. Johannem Indagine pro tunc priorem dicti D. de Statin. — D'où la conclusion que D. J. Hagen a été d'après le prieuré de Statin entre les chapitres de 1466 et 1467. —

ch. 1468. (In D. Statin) Et quia alias in carta capituli generalis scripsa injunctum fuit omnibus personis ordinis, habentibus aliquid de scriptis D. Johannis Indaginis, quod illud remittere non differrent ad domum Gratiæ Dei prope Statin, quod hucusque minime impletum est, hinc denuo injungimus omnibus et singulis personis ordinis, ut eam et ipsi D. Johannis Indaginis, et hujusmodi scripta ad prefatam domum prope Statin remittere habeant, si ordinis correctionem cupiant effugere. J'avoue n'avoir pas vu dans les cartes précédentes l'ordre donné à nos religieux de renvoyer à Statin les écrits de D. J. Hagen qu'ils pouvaient avoir. — Probablement cet ordre ne fut mis que dans la carte de la province de Saxe et point dans la carte générale. — Il pourrait en être de même pour la monition de 1454. — Il me semble qu'après tous ces textes de chapitre gen. il n'y a plus lieu de se tant aliter de la monition de 1460. — L'obit de D. Jean Hagen est marqué au 19 April dans le nécrol. d'Erfurt. « 1469 Apr. D. Johannes de Indagine quondam prior huius D. et plurimarum aliarum domorum ordinis. »

La chronique le dit mort en 1475, et cependant son obit n'est que dans le nécrol. de 1477. — ch. 1477. obiit D. Johannes de Indagine prius 2^us D. Erfordiæ, alias prior dictæ D. et domorum, S^ta Elisabeth prope Isenacum, Misericordiæ Dei prope Francofordiam et Gratiæ Dei prope Statin. — (Reçu à Erfurt 25 janv. 1460.)

quadruplici sensu elucubravit in tota Biblia pulcherrimos et insignes tractatus, de
quibus jam pro dolor plures, cum injuria temporum, tum forte etiam negligentia
eorum, qui eos conservare ac tueri debuissent, sed flocci pendentes neglexerunt, nescientes
65 thesaurum in eis absconditum, interierunt, ut presentes saltem intueri merito | quis
mirari possit, unum eundemque hominem tot tantaque literarum monumenta le-
gendo percurrere, nedum scribendo componere potuisse. Verumtamen hic tantus et tam
eximius vir, post tot impertenitos pro Ecclesie utilitate exantlatos susceptosque labores
laboresque ultimo annum agens unum supra quinquagesimum servilia cedilia
et monachus hic Erfordie in domo professionis sue spiritum Creatori devote reddens
corpore exuvias e vivis, anno aserte salutis 1475.

XIII. Dominus Hermannus Wolfhagen.

Fuit iste tum animi industria, tum eruditione et eloquentia sermonis
apprime clarus, moribus cultus, in cura animarum et re domestica subeunda alter
quasi Aaron, vir juste etatis. Domus autem filius 91. ex Procuratore domus electus
est in locum Priores anno ejus seculi 1460 ipso Liliano sacro die. Ipse molendinum
quod labente tempore collapsum fuerat, restituit integritati. Domum item ibidem a
plaga occidentali in eodem molendino a fundamentis excitavit. In villa etiam Rinck-
leben plurima cedilicia et utilia valde construxit.

Hoc ipso anno 1460 feria 2. post Assumptionem B. V. Maria, videlicet ipsa die S.te
Agapiti Martyris dissensio inter nos et Comitem Rütz de Reussen, propter terminos
ligneti nostri in Richeim, et rusticorum in Osthausen | quia utraque confinia
tali modo placitata fuit: Comes presente suo Burggravio Hartungo, Caspare et
Michaele Advocatis etc. consensit, jussitque ex parte sui duos rusticos de Osthausen
66 quibus | nos duos addiximus, qui juxta suas conscientias transumerent perpetuam
distinctionem, ubi et fovea ipso presente facta fuere, sed cum tempus deficeret, comes
advocato suo in mandatis dedit, ut post mensem hos 4 denuo convocaret, quo sic
lapides per circuitum ligneti ponerentur in perpetuam firmamque determinationem,
qui et positi fuere, quasque schedulas perpetue distinctionis ipsi et nos accepimus.
Insuper omnia jura nostra salva retinuimus in ligneto et in omnibus bonis nostris

8 Juillet 1459 - 1464, 11 Sept. - D. Hermann de Wolffhagen. —

Profès et procureur de la maison, élu prieur le 8 juillet 1459 jusqu'à sa mort 11 Sept. 1664. — Ch. 1461 et 1462. Priori S. Erfordiæ nou sit mia. Ch. 1463. Priori S. Erfordiæ nou sit mia; et refugitivo, quem detinet in domo sua, committum est priori S. in Pletriach quatenus illum ad domum suam reduci faciat. — Ch. 1464. Priori S. Erfordiæ nou sit mia. —

Ch. 1465. obiit D. Hermannus prior S. Montis Ste Salvatoris prope Erfordiam. Le nécr. a au 11 Sept. ✠ ob. D. Hermannus de Wolffhagen prior huius S. — J'ai fait remarquer plus haut que c'est plutôt lui qui est marqué au 11 Sept. que son homonyme mentionné ch. 1395. —

in Richem, quin etiam Comes expresse libertavit nos confirmando primam libertatem, domum et dimidium mansum, et alia bona ibidem, dicens, quia ita benevole nobiscum agitis, ego servabo vobis omnem libertatem a predecessoribus vobis traditam et concessam. Nobiscum in dieta fuerunt domicellus Otto Ziegler et Dominus Martinus Sangerhusen, similiter fratres Henricus coquinarius et Hartungus, etc. Anno 1461 dictus Prior aquae ductum sive amnem Frisantis, qui domum perfluit, isque ad id temporis angustiorem, in formam vivarii dilatavit: tectum quoque acuminatum turris instar, eadem opera fonti in coemiterio, et in area domus ea cupro super imposuit.

Eodem anno Wilhelmus Dux Saxoniae ad instantiam Prioris confirmavit omnia jura et privilegia, quae domus habuit in Ringelsleben Nienickleben ita ut a nostro tribunali non liceret appellare ad Ducem: prout de facto appellationem cujusdam repudiavit.

67 Sub eodem Priore prebendarius quidam, nomine Henricus Eckersleben ad hanc domum nostram veniens, paucis supervixit diebus, vita jam finiturus maximam sic pecuniae testamento domui legavit, cujus subventione et adminiculo, domus quae eb annis superioribus aere alieno gravata laborabat, liberata respiravit et de reliqua aliis quoque domibus presidium et eleemosyna prastita fuit.

Quin etiam sub hujus regimine Deus corda multorum tetigit qui uberes eleemosynas huic domui contulerunt: siquidem a 1 Julii anni 1459 usque ad 1 Januarii anni 1464 (prout veteri quodam manuscripto sigillatim observatum fuit) oblati fuere a diversis 450 floreni 9 grossi, 78 sexagena, 8 grossi; 7 urna vini, 55 stuba siculi, unus florenus annui census a Nicolao Lower 3 casulae, 3 calices votaviaque interea temporis cellam & pro prebenda perpetua monachi illam incidentis Reverendissimus Dominus Joannes de Ilmen scholasticus Sti Severi, assignatis 300 florenis et 20 sexagenis.

Anno 1464 Theodoricus de Horsa, Decanus Sti Severini Coloniae privilegiorum Ordinis Conservator, subdelegatos constituit Praepositos Ecclesiarum Cathedralium Hildesii et Halberstadii, per quos haec domus juxta bullam ab Innocentio Papa concessam ab invasoribus protegeretur. Obiit autem praedictus P. Prior in officio Prioratus, corpore robustus adhuc, et omnibus mire charus et amabilis, unde etiam ejus immaturam mortem maximopere omnes doluerunt, anno 1464.

XIV. Dominus Hermannus de Monasterio

68 Statuit hic Pater filius domus 78 sacrista et Procurator religiosus et fervigil longo tempore, verum etate jam provectior ob sanctam religiosam conversationem, animi candorem et columbinam simplicitatem omnibus cum secularibus tum Ecclesiasticis personis apprime charus: subrogatus est autem canonica electione in locum predecessoris anno 1464 2 Octobris

Anno regiminis sui primo, seculi vero 1465 Dominus Doctor Peregrinus de Goch fundavit cellam A nunc C litera insignitam cujus occasione et eadem opera due alie de lapidibus proxime sequentes B. et C. nunc vero D et E celle constructe sunt. Eodem anno cella Crucis de albo cellarum exclusa est, conversa autem inferius in carcerem conversorum, superius autem in officinam sartoris, pellificis, et sutoris, uti adhuc hodie videre est.

Quinimo hoc eodem anno immediate posito, coemiterium nostrum per lapicidas, pro supradictis cellis C. D. E. erigendis occasione alicujus rixa, et fusi sanguinis violatum fuit, quod Reverendissimus D. Bertholdus, Ordinis Fratricatorum, Episcopus et suffraganeus Archiepiscopi Moguntini Adolphi de Nassauw reconciliavit. Dictus porro P. Prior curam propria salutis magis quam rei familiaris gerens in desiderio, a Capitulo generali instanter misericordiam postulans. Anno 1468 impetravit, et postliminio plenus dierum et operibus virtutis obiit anno 1474 |

69 XV. Dominus Hermannus de Rudisheim.

Professus domus Horti Angelorum Herbipoli, que religione in Deum, quia zelo disciplinæ regularis adeo fervens fuit, ut ferè alter Helias reputari potuisset, rerum tamen temporalium administrationem magis fastidivit quam gessit, Dei cum amore ad meliora trahente charismata domui nostræ profectus est a Capitulo generali in Priorem anno 1468 et paulo post ab eodem Capitulo delectus in Visitatorem Provinciæ.

Anno igitur 1469 officio suo satisfacturus, profectus est ad majorem Cartusiam, Procuratore interim Domino Conrado Ubelin de ejusdem mandato murum Galilææ a cella litera H. nunc Lavatorio, et per totam aream cubina in agro

2 oct. 1464 – 1468. ch. – D. Hermann de Monasterio. (de Münster)

Profès de la maison, élu prieur, après la mort du prédécesseur, le 2 oct. 1464 jusqu'au chapitre gén. de 1468. — ch. 1465. Prior Pr. Erfordiæ non fit mia. ch. 1466. Prior Pr. Erfordiæ non fit mia. Et committimus prioribus domorum Stæ Elisabeth prope Isenacum et Cellæ Bmæ Mæ in Nurenberga (convisitatori, D. Hermann Reinbott) ut ad prædictam domum se transferant, informationem recepturi super receptione cujusdam monasterii ordinis Stⁱ Benedicti ad nostrum ordinem, de quo scribunt procurator et quidam novitius ejusdem; et in futuro capitulo referant ad Patres Rdos qui ibidem invenerint. Insuper et informent se super quibusdam, de quibus duo monachi scripserunt capitulo, quorum litteras, ut melius informentur, eisdem remisimus clausas et sigillatas sigillo Pr. Cartusiæ, et auctoritate capituli referment si quæ invenerint reformanda. d. et Flores. — Ch. 1467. Prior Pr. Erfordiæ non fit mia. ch. 1468. Prior Pr. Erfordiæ fit mia. —

ch. 1474. obiit D. Hermannus de Monasterio monachus profus Pr. Erfordiæ. (on a oublié « alias prior ejusdem Pr. »). Il est mort le 11 février 1474. Le necrologe a au dit 11 févr. « obiit D. Hermannus de Monasterio senior et prior hujus Pr. »

ch. 1468 – 1471. ch. D. Hermann de Rudisheim. —

ch. 1468. Prior Pr. Erf. fit mia, et professimus in priorem dictæ Pr. D. Hermannum professum Pr. Hortæ Angelorum in Herbipoli. – Cet D. Hermann de Rudisheim profès de Wurzbourg, prieur de Grunau 1457–1463, du prieur de Wurzbourg après le 8 déc. 1463. Quoique 1er visiteur demanda instamment son absolution au chap. de 1467, qui chargea les visiteurs (le convisiteur et un autre) d'aller voir s'il y avait lieu de l'exaucer. – Les visiteurs lui firent miséricorde puisqu'il était simple religieux au chap. de 1468. – Convisiteur ch. 1462–1464 ch. et visiteur ch. 1464–1467 après chap. – de nouveau convisiteur ch. 1468–1471 ch. — Fut 5e definiteur au chap. de 1463, et 4e aux chap. de 1465 et 1469.

ch. 1469. Prior Pr. Erfordiæ non fit mia. Et de his quæ petit vicarius dictæ Pr. visitatores provinciæ habebant se informare, quorum dictamine stet contentus

exstruente. Id quia simpliciores humilioresque fenestras posuerat, ut hodie etiamnum ex parte visuntur in area culinæ, reprehensus a magnatibus Senatus, reliquas paulo venustiores ampliores que fieri curavit.

At vero jam dictus Prior, eadem qua fuerat annis præcedentibus domui præla-tus auctoritate, eadem denuo anno 1471 ab officiis prælaturæ est auctoritate solutus et vita etiam paulo post felicius excessit.

XVI. Dominus Joannes Quirr.

Octuagesimus nonus domus filius, ex Procuratore per compromissores Conven-tus, Priores Scilicet Norimbergæ et Isanaci, provinciæ Visitatores, anno 1471 electus 70 et confirmatus est in Priorem, ac deinde post brevi tempus etiam a Capitulo designa-tus provinciæ Visitator.

Primo institutionis suæ anno, in vigilia Ste Andreæ Apostoli ad primum quasi ictum pulsus pro nona de Domina crepuit campana nostra egregia valde et opti-ma, et optimi sonitus, ponderé 429 quam protinus restitutam, alia tamen, et minori forma et ponderé, 364 scilicet, et benedictam Sabbato post festum Ste Luciæ V. et M. ab Reverendissimo Domino Gunthero, Abbate Ste Petri, et Vincentiam expellatam suo loco suspendi curavit.

Item Idem anno 1472 exstruxit a fundamentis murum retro pistrinam et granato-rium pro præcavendo ignis periculo propter vicina horrea et stabula equorum, ubi fœnum et stramina, et id genus nutrimenta alia ignis reponi consuevernnt, opus utile et commendatione dignum.

Anno 1473 habuit collationem in Capitulo generali summopere ab om-nibus commendatam.

Verumtamen dictus Dominus Joannes Quirr Prior ante conversionem suam cum fuisset Decanus in Halberstadt et in aliis pluribus locis beneficiatus, venit ad domum nostram cum 4 equis, ad ea incauto Patrum in ejus susceptionem con-sensu, gravissimæ inquietudines et detrimenta domui orta fuere; ære siquidem alieno et debitis pluribus passim obstrictus, de quibus tamen ante suum ingressum minime satisfecerat creditoribus, professionem emisit: creditores autem re comperta

tentis / 4 ch. 1470. Priori Ste Erfordiæ bonas fit mia, et de hoc quod scribit prior cum conventu commisimus vices nostras visitatori provinciæ, cui de hoc ad partem scripsimus. Et causa D. Johannis Indaginis committitur visitatori principali (D. Hermann Reinbot, prieur de Nuremberg) et Horas a nobis et officiatas. ch. 1471. Priori Ste Erfordiæ ad magnam sui instantiam fit mia; ad electionem futuri prioris remittimus ad conventum, quam, si canonica fuerit, visitatores provinciæ habeant confirmare, alioquin de idoneo providere. — D. Hermann est mort simple religieux le 2 Mars 1481.

ch. 1481. obiit D. Hermannus de Rudisheim profes Ste Herbipolis, qui fuit prior dictæ S. (et domorum in Gaunau et Erfordia ac visitator) habens plen. cum ps. monast. in provincia Alemaniæ Inferioris, obiit 2 Mart. —

post c.g. 1471 - 1474 d. — D. Jean Quirr. —

Profès et procureur de la maison élu après le chap. de 1471, par compromis des visiteurs dit la chronique. — ch. 1472. Priori Ste Erfordiæ non fit mia. Le même chapitre le nomme 1er visiteur et le charge de faire la collation au chapitre suivant. — Alla donc au chap. de 1473, y fit un discours magnifique, suivant la chronique et fut nommé 6e definiteur. — ch. 1473. Priori Ste Erfordiæ non fit mia. ch. 1474. Priori Ste Erfordiæ ad suam instantiam fit mia. Et remittitur conventui electio futuri prioris, quam confirmabunt priores per eos ad electionem convocandi. Et fr. Stephanum, conversum profes Ste Sanctis Mre in Aschaim, ibidem hospitatum, reconciliamus ordini, et perseverat ibidem ad ordinis voluntatem. ch. 1478. Et fr. (o.) Joannes Quirr, professus ibidem, (à Erfort) manebat in disciplina ordinis, ita tamen quod in victu et amictu ac rasura aequaliter cum conventu tractetur, et loco honesto seorsim custodiatur. — Horas ch. 1483. Et prohibemus D. Joanni Quirr, sub poena criminosorum, ne domum ipsam (Erfordiæ) ingressu extra ordinem trahi faciat; et quoniam jam talia attentavit et diffamatus est ordinem, scriptis suis, manebat inclusus in cella usque ad visitationem. Et injungimus visitatoribus, qui domum ordinarie visitabunt et causam diligenter examinant et justitiam ministrent. D. Joannes et Horas. —

magna instantia coeperunt requirere sua debita, et dicti Joannis bona passim in-
71 vadere, oritur gravis contentio, creditores appellant ad summum | Pontificem, Ponti-
=fex designat Commissarios, Commissarii vero Patres nostros compulerunt sub jura-
=menti omnium quæ acceperant, ex integro restitutionem facere: quinimo ad credi-
=mendam veram, et perturbationes sedendas, et importunitatem creditorum compo-
=nendam, ultra quam debebant aut acceperant solvere coacti sunt.

Caveant igitur successores nostri hujuscemodi imprudentes et inconsideratas susceptiones personarum, maxime magnæ famæ et existimationis et nominis, eos severe et districte admonentes, ut primum de suis disponant, debita solvant, cau-
=sas pendentes expediant, et quæ secum asportare non possunt, tempore novitiatus personis committant curanda custodiendaque laicalibus. Nec Priores talibus bonis, quæ secum non asportarunt, sive per se, sive per alios sese ullo modo intromittant, scientes quoniam de hujusmodi bonis custodiendis statuta nostra minime loquantur, sed de iis duntaxat quæ secum advexere.

Verumtamen sæpe memoratus Joannes Quinn Prior, anno 1474 a Capitulo generali ab officiis bonus absolutus, obiit postea anno ...

XVII. Dominus Nentfridus Baldwini.

Dominus iste Baldwinus, si ingenium spectes, vir fuit summe ingeniosus, si cæteras dotes, fuit morum elegantia cultus, conversatione suavis et modestus, religione exemplaris |

Frater V. hujus Prioris Wernherus Baldwini Benefactor hujus Carthusiæ et monasterii S. Petri Erfordiæ fuit Clericus factus post donatus in Carthu-
=sia Conradisburgensi.

72 salutis promovendæ aridus re familiari curanda ad modum dexter. Hic ergo anno 1474 circa festum Stæ Joannis Baptistæ canonica Patrum electione decla-
=ratus et confirmatus Prior, statim sequenti anno 1475 e fundamentis ex lapidibus excitavit claustrum minus, idque per totum concamerari fecit. Eodem anno M. renovavit et picturis illustravit refectorium Patrum, in eoque arte et labore fratris Laurentii Conversi fornacem ferream quæ malleolis calefiebat, magno

Voici un Bref d'Innocent VIII, qui en dit long sur l'individu (Arch. du Vatican Armoire 39, tome 19. fol. 118). —

1486, 9 Janvier. Magistro Gunthero de Brunow. Dilecte fili salutem. Intelleximus quod licet dilectus filius Johannes Quire, frater domus Ste Salvatoris oppidi Erfordensis, Cartusiensis ordis, Maguntinæ diocesis, antequam professionem per fratres dicti ordinis emitti solitam emisisset regularem, condens de bonis suis in ejus ultima voluntate testamentum, bona sua omnia, pietatis et incertorum debitorum causa, pro sancta cruciata, suprema religionis christianæ necessitate, quæ nulla magis pia sibi adesse videbatur, exponi mandaverit, Christum, Ecclesiam et Papam heredem universalem instituendo: illaque ad mille florenos auri Renenses, salvo meliori calculo, extimata apud domum prefatam deposuerit; executionem et assignationem eorumdam ad manus Pape committendo, prius tamen dicte domui partibus substantie et patrimonii ipsius deputatis; nihilominus prior et fratres dicte domus predictam et alicui patris dicti Johannis voluntatem pro sancto hoc opere adimplere recusarunt, ac bona predicta distraxerunt, fucatis coloribus testamenti predicti executionem impedientes, et ipsum Johannem, ne premissa ad sedis Apostolice notitiam deveniret, dum ipse pro missa dicenda ornamentis sacerdotalibus indutus erat, per violentorum manuum in eum injectionem, per carceres, vincula, cathenas, ejectionem a domo aliasque multiplices persecutiones, longo tempore, diris carceribus mancipatum, quamvis de nullo crimine convictum, confessum aut conscium cruciarunt, injuriis ac vulneraverunt et graviter lesarunt: censuras et penas ecclesiasticas in tales a canonibus latas, dicentes, etiam per prefatum Johannem, de illis certificati, tamere incurrendo: ac novissime scriptam (cioè: epistolam ou singraphum) manu prioris dicte domus confictam, in qua continebatur, quod prior et conventus prefati, occasione bonorum et testamenti predictorum, nomini obligabantur, et propterea de cetero inquietari non deberent, transcribere, meter continuationis perpetui carceris, compulerunt, super iis et eorum indemnitate certis fidejussoribus, ipsis debitoribus longe absentibus et rei veritatem ignorantibus, ab eodem Johanne, adhuc semper incarcerato extortis: Et ne juribus, concessionibus, gratiis, indulgentiis apostolicis, et (etiam?) specialiter sibi factis, vel appellationibus uti audeat, nec domum ipsam et eos coram aliquo extra ordinem propterea in jus trahi faciat, sub pena criminosorum per majores ordinis prohiberi fecerunt, litteras apostolicas et instrumenta (la tenete a l'inmuta, forse per munimenta) varia super his et aliis sibi concessis auferendo, et justitiam denegando.

Volumus igitur et discretioni tue [quam] in presentiarum ad visitationem et reformationem piorum suffragiorum huj usmodi collectoram mittimus committimus et mandamus, ut per te, vel alium, seu alios, idoneos tamen prefatis Johanne ac Priore dicte domus, necnon Priore domus Claustri Marie Hildesemensis, dicti Cartusiensis ordinis, apud quem et quos adhuc alias personas dictus Johannes deposuit et reliquit etiam quedam bona in valore ducatorum florenorum Renens. et amplius, in ultima sua voluntate predicta sancta cruciata et republica christiana convertenda pro causa

domus emolumento et Patrum solatio exstruxit. Eodem quoque anno tabulam sive lapidem praegrandem Crucifixi imagine insignem, altum de transrectum in altari Beatissime Marie Magdalene, cum duabus aliis hinc et hinc Sanctorum Patronum figuris illustribus locavit. Inde magnum studium ad altare, quod ex opposito situm est Sancte Felicitatis dirigens, ipsum quoque de novo exstruxit, atque eodem adhuc vertente anni circulo, dicta duo altaria, ipsa scilicet Sanctissime Trinitatis solemnitate consecrari dedicarique fecit; imo hoc ipso anno lapidem priori haud absimilem, quoad arte, qua crucifixi imaginis pietate, in Gallilea majori directe contra Sacrarium V. Sacramenti Eucharistie muro Ecclesie a latere, quod dictam Gallileam respicit, inclusit, hac intentione, ut contra dicti lapidis insculptam imaginem Crucifixi venientes, V. Sacramentum ex opposito retro intra Ecclesiam altari Summo inclusum et honorifice custoditum, qua dignum ac decet honore et reverentia prosequerentur.

Hoc ipso anno Sigismundus Comes de Gleichen ab hac domo participatione Ordinis et anniversario perpetuo honoratus, eandem in suam tutelam recepit demandando | omnibus suis officialibus, ut nostris, ubicumque possent, ferrent subsidium. 73

Anno sequenti, qui fuit 1476 guttarnium, fusile de auricalco pro Patrum manibus, intrantibus repetorium abluendis, in fenestra loco adhoc specialiter constructo in minori claustro collocavit.

Circa idem fere tempus prefatus Prior opera et cura Germani Fratris Doctoris Werneri Baldwini testamentarii p. m. Thome Merckels, ad ejusdem Thome, civis et mercatoris Erfordiensis, et Norimbergensis perennem memoriam cleinodium aureum pro Ecclesia, item calicem ex auro puro pro solemnitatibus ex mille florenis rhenensibus, quos domui vita defungens legaverat, fieri curavit. Qui calix de mandato Domini Thome Merckels nunquam alienari debuisset, licet in magna et pericugenti necessitate impignorari potuisset sub conditione celerrime redemptionis.

Hisce adjecit idem P. Prior, et forte ex eodem are, capsam argenteam pro V. Sacramento (quam ciborium alias indigitare Ecclesia solet) non tam devotione, quam pretio et arte conspicuam, quam intra Summi altaris pedem loco preparato decenti constituit.

causa huiusmodi fidei, personaliter coram te vocatis, quantocius abeis et aliis diligenter de omnibus et singulis premissis, etiam summaria, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, veritatem inquiras et examines, et si ita esse inveneris, bona hujusmodi eidem sancte cruciate debita, etiam per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia, invocato ad hoc, quatenus opus sit, auxilio brachii secularis, exigas, recuperes, et ad tempus et tradendum tibi bona predicta, seu illorum valorem, auctoritate nostra compellas, ac personas ipsas de hiis que ab eisdem recipies omnino quietas et liberes, et ad cameram Apostolicam fideliter transmittas; ac predictos Johannem, et fidejussores innocios, prout juris fuerit, ab obligatione et promissione predictis, ac priores et conventus domus predictorum a sententiis, censuris et penis premissorum occasione per eos respective incursis, si id humiliter petierint, absolvas et in statum pristinum restituas, et alia facias que noveris oportuna; pro quorum executione tibi ... facultatem concedimus oportunam ... etiam summarie et de plano ... procedendi et terminandi; ac dicto Johanni, jam sexagenario, leso ut prefertur, de securitate, pace et quiete corporis et tranquillitate conscientie, in predicta vel alia domo ordinis, seu alio quocunque loco honesto, sub cujus tamen dicte domus sue professionis, et alias moris est, providendi; quominus, causa rationabili cessante, eum ad aliam quamcunque Religionem strictioris vel laxioris vite, tamen institutam et approbatam, etiam mendicantium de Observantia, sive Reformatorum, transferendi: reservatis Johanni predicto gratiis, indulgentiis et peccatorum remissionibus dicto ordini, personis et sibi quomodolibet concessis, dummodo idem Johannes ea que ad promerendum sunt instituta debite peragat. Testes si se ... subtraxerint, per similem censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas veritati testimonium perhibere ... non obstante fel. rec. Martini Pape V. predecessoris nostri, hujusmodi fratribus dicti ordinis transitum ad alios ordines prohibente, et aliis apostolicis constitutionibus .. &c .. ceterisque contrariis quibuscunque. — Datum Rome apud Stum Petrum &c. .. die nona Januarii 1486, anno secundo. — » — Tout naturellement ce Bref ne contient que les plaintes de D. Jean Quirr — Ignore ce qui sera arrivé à la suite de cette commission, mais D. Jean mourut avant d'en connaître le résultat.

ch. 1486. - bût. D. Joannes Quineck (sic Quirr) monachus prof.us S. Erfordiæ. Flores corrige la ch.on disant « D. Joan. Eber (sic) prof.us S. Erfordiæ, alias priorib.em et visitator. » Ce qui est vrai. — Est donc mort fin 1485 ou commencement de 1486. — L'extrait de nécrologe de la maison, que j'ai, ne la pas.

La carta de 1486 a encore: « Procuratorea de quorundam D. Joannis Quirr professi, jam rebus defuncti, dicti d.i, ex quod nihil fidei dignum, vel litteris, vel testibus, vel aliis documentis ostensum existat de ipsius intentione nec alicui conventualium de illa constet, consulimus ut super iisdem, si instructus de bene meritis. » Flores. —

Neque hic stitit ejus affectus et devotio erga preclarum hoc et augustissimum Sacramentum sed reverentia, sed amoris, sed singularis devotionis prioribus longe augustius adjecit argumentum, monstrantiam nimirum argenteam inauratam, opus admodum preclarum artificiosumque, in quo dictum Sacrosanctum Sacramentum
74 Eucharistiæ recclesiam per | Octavas Solemnitatis ejusdem populo Christiano et Patribus pio a majoribus tradito more proponeretur adorandum. Supradictus autem calix aureus et monstrantia, cum nonnullis aliis receptaculis reliquiarum argenteis in tumultu rusticorum anno 1525 Senatui custodienda commissa, juxta Patrum relationem usque hodie ab eodem tenentur, saltem anno 1604 adhuc integra custodiebantur, juxta attestationem cujusdam Senatoris oculati testis.

Quin et Gallileam majorem partem scilicet orientalem asseribus levigatis pulchro aere concamerari curavit; atque iterum et postremo tanquam coronidis loco, post plurima tum exstructa ædificia, tum alia utilia domui nostræ digna æterna memoria et commendatione beneficia, domum Beatissimæ Virginis Annunciatæ in Conradsburg dono nuper Ordini oblatam acceptamque (quæ ista olim monasterium P.P. Benedictinorum, sed ab annis amplius 20 ex quo similiter tempore dicti Ordinis cultores eam desertam reliquerunt, administrata per quendam secularem nomine Arnoldum Frammer) dictus P. Prior pervigili cura et industria Dei pristinæ integritati restituit, auxilio potissimum et piis eleemosynis et expensis supra memorati Domini uterini patris sui J. V. Doctoris Werneri Baldrini, qui etiam postliminio ibidem nuntium fallaciibus mundi illecebris remittens, in eadem domo habitum donatorum suscipiens, fœlici tandem fine consummatus est anno 1488 16 Maii, legatis specialiter huic domui 300 florenis rhenensibus. Porro jam sæpe dictus P. Prior
75 anno 1477 sub actu Visitationis | ab domus hujus mere Prioratus absolutus, dictæ domui B. V. Mariæ Annunciatæ a se recenter instauratæ præfectus est in Priorem, ut quam collapsam erexisset, amplius in utroque statu convalescentem, florentem redderet, qui etiam ibidem diem suum obiit.

post ch. 1474-1477, sept. — D. Nentfrid Baldwin.

Profès et procureur de la maison, élu prieur après le chapitre de 1474. ch. 1477. Prior V. Erfordie monstravit, et concedimus sibi et auctoritate capituli generalis sibi super annum, commissa super nova plantatione in Conradsburg usque ad capitulum generale futurum, ut ator. — Le même chapitre incorpore à l'ordre ledite chartreuse de Conradsbourg et y nomma prieur D. Jodocus Christan absous du prioral de Legnitz. — La chronique nous apprend que la même année 1477, dans la visite, en septembre, D. Nentfrid fut transféré au prioral de Conradsbourg, où il est encore en charge en 1493, feria 2a après 1er nov., d'après un document signalé dans la Chronologie de D. Jean Lottay. — D. Nentfrid est mort simple religieux à Conradsbourg le 20 Mai 1501

ch. 1502. obit. D. Lenfridus (Nentfridus Baldwini) monachus profes. V. Annunciatæ, quondam prior ipsius V. et V. Erfordiæ. — Pour être exact il faut lire « profes. V. Erfordiæ, 2a V. Annunciatæ. » —

Le necrol. V. Erfurt le note ainsi au 20 Mai : « Lentfridus in Conradsburch, primus fundator et susceptor gubernam V., et monachus professus, procurator et prior hujus V. » — Les Epham. (I. 93.) le font mourir le 20 janvier 1502, mais la date du necrol. est préférable. Elles l'appellent aussi « D. Lentfridus Baldwini. »

XVIII. Dominus Jodocus Christen.

Hic Dominus Jodocus, 104 domus hujus filius, absoluto Domino Ventfrido, ex Priore domus Passionis Christi prope Leignitz, legitime et concordibus Patrum suffragiis sublectus fuit et confirmatus in Priorem hujus domus anno 1477 circa festum Sti Michaelis, vir non minus doctrina, quam religione et rerum gerendarum dexteritate pollens. Domum hanc brevi qua ei licuit suam navare operam, summa cum laude gubernavit. Contigit eqeidem ut sub idem tempus institutionis sue nova edificaretur domus Transfigurationis scilicet Jesu Christi in valle Sti Martini prope Krimechaw. (monasterium aliquando Canonicorum Regularium atque super opera et instantia Reverendissimi Domini ejusdem loci Prepositi Ottonis, per sedem apostoliam assignatum Ordini nostro Carthusiensi (sumptibus et expensis Domicelli Joannis Federangels civis Zwickaviensis) qui obiit anno 1487 18 Junii) et Anne conjugis sue, quam iidem conjuges etiam annuis proventibus affatim et sufficienter dotarunt. Quapropter anno seculi post humanae salutis assertionem 1479 ab ordine circa festum S. Marci suscepta, Visitatores provincie P. Jodocum Christen, quod similiter neminem tunc illo, ad domum maxime | novellam regendam plantandamque aptiorem habilioremque norunt, a Priòratu domus nostre denuo absolutum, de consensu Patrum nostrorum prodictae domui praefecerunt in Rectorem. Mecisi tunc fuerunt simul ex hac domo primi ejusdem novellae domus futuri coloni, D. Christophorus de Lyra, D. Melchior Brugatz, D. Nicolaus Hirschban, D. Gerlacus V.

Verumtamen hujus et alterius, de qua supra in gestis praedecessoris mentionem feci plantationis novae, ad quas ambas domus nostra filii et professi cum habitandas, tum gubernandas destinati sunt, domus haec nostra usque adeo in personis, vestibus, libris, et aliis necessariis exhausta fuit, quod vix postea semetipsam recolligere, et damna inde perpessa resarcire potuit. Primimo in electione novi Prioris potissima difficultas nata est: ob praefatas namque frequentes et indiscretas emissiones personarum, jejuniis de more Ordinis praemisso, vix tandem canonice et legitime electus est in Priorem omnium junior, aegre quinquennio

circa 29 sept. 1477 – 1479. post ch. – D. Todocus Christan. –

Voir à ~~Brandebourg~~ Conradsbourg où le chapitre de 1477 le nomme prieur, après l'avoir déposé du prieuré de Liegnitz. – Fut du prieuré d'Erfurt vers la saint Michel 1477, quand D. Nantfrid fut transféré à Conradsbourg. – ch. 1478. Priori Erfordiæ non fit mia. Et committimus ei superannum auctoritatem capituli generalis et, de consilio unius visitatoris, valeat pro ordine acceptare novellam plantationem, in Misnia, et ibidem locare 3 aut 4 personas cum pace conventuum. Et D. Joannes Quinz etc. voir plus haut. Flores. – ch. 1479. Cui (priori Erfordiæ) committimus auctoritatem capituli generalis supra novella plantatione, scilicet domo Vallis Ste Martini in terra Misnensi quousque visitatores provinciæ commode poterunt habere rectorem valentem regere dictam domum utiliter et seriose committimus dicto Priori ut faciat bonam diligentiam et habeantur dominorum ducum Saxoniæ privilegia, libertates et defensiones supradicta domo et personis ibidem locatis et locandis; et ut quantocius cessiam extra tecta monasterii ædificetur propopulo, ne personæ ibidem locatæ seu locandæ distractionis habeant occasionem. D. chaw et. –

Après ce chapitre de 1479, D. Todoc fut nommé par les Visiteurs, Restaur à Crimmitschau et prieur au chapitre de 1480. – Puis fut prieur dans différentes maisons de la province, que l'obit ne nomme pas. – Est marqué au nécr. au 1er juillet: † Todocus Christan 1us professus hujus D., ultimo D. in Guntschau (sic), qui fuit scriptor procurator et prior hujus D. et in multis aliis domibus. ⁊

ch. 1501. obiit D. Todocus Christan prior D. Passionis Xti in Legnitz, qui aliàs fuit prior in multis domibus provinciæ Alemaniæ Inferioris, et obiit 1a julii (1560), habens mill. de Bta Ma per totam ordinem. –

in Ordine, et quod 25 annum difficulter explevisset. Quam & causam etiam ferme a P.P. Visitatoribus fuisset refectatus, quamvis postliminio eundem more Ordinis, licet gravatim admodum confirmarint.

XIX. Dominus Joannes Falcke.

Post absolutionem Domini Jodoci, unanimi Patrum suffragio in locum Prioris successit Dominus Joannes Falcke qui licet aetate, ut jam minime quintum et vigesimum non fuerit pretergressus annum, imo quinquennium integrum minime | stetisset in Ordine domum tamen ea fidelitate et solicitu- 77
dine, solertiaque, qua in re domestica obeunda maxime opere pollebat, annis 31, septimanis 12, una minus die administravit ut palam omnibus de se perspi- cuum faceret, prudentiam non in annis, sed sensibus computandam esse. Huic anno 2 sui regiminis, hoc est, anno 1480, itemque 1486 et 1487 per chartam delata fuit acceptatio et inspectio novae domus Transfigurationis Jesu Christi in Misnia, et ut Dominum Joannem Quir ibidem Priorem, eo quod in amentiam lapsus fuisset diligenter, sed tamen honeste custodiret: quin etiam hoc ipso anno aedificavit lavatorium in cella Sacristae. Eodem Patre auctore, anno eodem, Patres omnes unanimiter et conventualiter in Capitulo congregati, statuerunt firmiter pro se et successoribus perpetuis temporibus, ut praeter communia debita et beneficia, quae cuilibet personae professae hujus domus vigore statuti nostri post mortem debentur: in posterum perpetuis temporibus quandocumque aliquem ex professis hujus domus, inclusis etiam Prioribus hospitibus, sive hic, sive alibi per obedientiam Ordinis hospitantem, quia mortales sumus, diem suum obvie contigerit, statim ab ipso die obitus sui, si fieri possit, trigenta continuis diebus, diebus singulis una missa peculiaris pro hujusmodi defuncto legeretur in privato, uti fusius in confoederationis hujus scedula, quae in Calendario veteri Ecclesiae consignata est circa calcem libri videre licet.

Anno 1485. Ernestus Elector Saxoniae, et Albertus frater ejusdem | attestationem 78
a Wilhelmo Lantgravio Thuringiae superius anno 1457 propter jus forense in Brembach et Oringen Carthusiae huic datam renovarunt, idemque praestitere

1479 - 1511, 8 Mars. — D. Jean Falck. —

de Dantzick, investitus anno 1474, 21 sept. fit prieur à 65 ans après le chapitre de 1479. — ch. 1483. Priori Ste Erfordiæ non fit mia. Et monemus D. Joannem, Quier etc. voir plus haut. — ch. 1486. Priori Ste Erfordia non fit mia. Et D. Joannes Gyrsenheim professus Ste Transfigurationis manens hospes Erfordiæ, Fratres ad querelis D. Joannis Quier etc. voir plus haut. — Le même chap. de 1486 parmet au prieur de la Transfiguration de faire venir, pour l'aider, les prieurs d'Erfurt et de Conradsbourg, au lieu des deux, qui pourront lui donner les autorisations voulues avec le pouvoir de visiter. ch. 1492. Priori Ste Erfordiæ non fit mia. Et vicarius dictæ Ste vadat hospitatum ad domum, Bæ Mæ Annunciatæ pro visitatione novitiorum ad tempus. — Le chap. de 1494, charge les prieurs de Leucla et d'Erfurt de faire la visite à Ittingen avec plein pouvoir, en retournant dudit chap. —

ch. 1504. Priori Ste Erfordiæ non fit mia. ch. 1505. Priori Ste Erfordiæ non fit mia. Et D. Jacobus professus Ste Transfigurationis, hospes ibidem, vadat hospitatum ad domum in Ilmbach. Insuper ordinamus quod Prior solvat domui Misericordiæ Dei adhuc 4 florenos pro fratre ibidem incarcerato. ch. 1506. Priori Ste Erfordiæ non fit mia. (Ste Misericordiæ Dei) et de his quæ patit (Prior) a domo Erfordiæ pro expensis fratris Joannis conversi ibidem incarcerati, cum jam receperit tres Renenses, committimus visitatori provinciæ qui, auditis partibus, si jam invenerit aliquid superaddi illis tribus renensibus jam habitis, significet priori Erfordiæ qui, prout recipsit, paratus est satisfacere. — ch. 1507. Priori Ste Erfordiæ non fit mia. Et D. Laurentius, hospes ibidem, pro recuperatione sanitatis pristinæ, vadat hospitatum ad domum Ordis Augustorum, ad ordis voluntatem. Et fr. Jacobus conversus hucusque ibidem professus vadat hospitatum ad domum ordis Xti. — ch. 1508. Priori Ste Erfordiæ non fit mia; et pro isto anno habeat patientiam in patitione sua. Et de negociis exactionum ipsa aut conventus nihil attemptet nisi cum scitu et licentia visitatoris principalis specialis. — ch. 1509. Priori Ste Erfordiæ non fit mia, et idem injungimus ut quatuor florenos renenses

solvat

anno 1487. Fridericus Elector Saxonie, et Joannes frater ejusdem.

Anno vero 1487. Idem Prior in refectorio Patrum mensas novas, opus perenne, de ligno quercino sat firmas fabricari fecit. Anno sequenti Senatus hujus urbis nitebatur Priorem cogere ad prestandum tributum more civium propter molituram, quam vexam. ut redimeret, Senatui mutuos dedit bis mille florenos rhenenses, ita ut per quinquennium illis absque censu reddendo uteretur, quo evoluto aut summam restitueret, vel annue censum debitum prestaret.

Anno 1490. Edmundus Abbas Scotorum hac in urbe, Judex subdelegatus et Conservator privilegiorum Ordinis, erga quosdam contumaces in censibus solvendis, sententiam excommunicationis fulminavit.

Anno 1493 28 Sept. prima pacificatio inter Senatum urbis et hanc domum inita fuit mediante Domino Georgio Birckener Priore Norimbergensi et Visitatore, profossam juxta hortum turrimque illi contiguam, utrisque ad usum nostrum irrevocabiliter concessis.

Deinde vero, anno 1500 secularis et Jubileo, memoratus Prior duo illa insignia et formosissima pulcherrimis recurva, a fundamentis propemodum excitavit Sacella, Capituli et Salvatoris: quorum deinde primum Capituli, anno assertæ Salutis 1503 alterum vero Salvatoris anno sequenti, quod libet cum suis altaribus consecratum dedicatumque fuit. (Lücke im Papier) Domino Episcopo Lidoniensi, Joanne Lassue, eximio simul ac sanctissimæ Theologiæ Doctore, qui dictorum Sacellorum, et altarium eorundem diem anniversarium dedicationis celebrari voluit postridie dedicationis majoris Ecclesiæ.

Anno 1501 alius contractus initus fuit inter nos et Senatum propter exactiones præstandas, mediatoribus intervenientibus Reverendissimis admodum Dominis. D. Joanne Sagen, Abbate S. Petri, D. Ludovico ab Anhalt franciscano strictioris observantiæ ejusdem Ordinis per Saxoniam Commissario, D. Andreæ Proles, Augustinianorum reformatorum Vicario, D. Joanne Schonnet, S. Theologiæ Doctore, ad S. Georgium Parocho, et D. Sebastiano Weinman S. Theologiæ Doctore Canonico S. Severi: extant hujus contractus literæ in copiali magno.

Anno 1506 maxima fuit dissensio inter rusticos nostros in Rinckleben et illos in Walckleben qui noluerunt nostros admittere ad sua pascua juxta veterem receptumque morem

volvat prior D. Misericordiae vai proptar frabrici sui conversi tentationem
ch. 1510. Prior D. Erfordiae non fit mia. et D. Matheus ibidem, hospes revertatur
ad domum, transfiguationis suae professionis.

ch. 1511. obiit. D. Joannes Falck prior D. Erfordiae, qui fuit visitator provin-
Alamaniae Inferioris, habens plan. cum pl. mor. ach. in prov. Alamaniae Infe-
rioris et Superioris, Rheni et Saxoniae, obiit 8 martii. — Lamacrol. D. a
auth. au 8 mars: „Ven. P. D. Joannes Falck de Dantz prior hujus D. 99. —

A été comvisiteur ch. 1494–1496 ch. visiteur ch. 1496–1498 ch. et ch. 1499 à
1502 ch. —

nostrorum pecoribus ideo sepius abductis, quos e contra Prior fecit ponit sub interdicto per
Episcopum Halberstadiensem privilegiorum nostrorum conservatorem: et quamvis illos
Dominus ipsorum feudatarius Sigismundus Comes de Gleichen niteretur protegere, nostros
defensabat Joannes Elector Saxonie, a quibus tandem mediator utrinque electus fuit
Henricus Comes de Reusen, sed nihil effecit: unde hodiedum sub judice lis est.

Sed enim Colophonem operibus suis impositurus dictus Pater anno 1510 mons-
trantiam argenteam, que etiamnum exstat, et in Celsica reservatur, opus artificio-
80 sissime fieri | curavit, quam postliminio Excellentissimus D. Doctor Jea ... berger ma-
gnus domus benefactor, anno 1617 auro fulvo vestivit per totum. Ac deinde anno 1511
Prior religiose confecto vite sue decursu, diem clausit extremum 8 Martii.

XX. Dominus Leonardus de Wetzlaria.

Fuit hic post obitum Dominus Joannis Falcke Prutheni, ex Procuratore canon-
nica precedente electione Prior 27 Martii anno 1511 communi et concordi Patrum
calculo designatus et confirmatus. Fuit vero annis plurimis, hoc est ab anno 1499 usque
ad annum presentem inaugurationis sue in Priorem solers admodum et fidelis, et in
re familiari ac domestica summopere industrius Procurator, prout ipsum liber ejus-
dem computorum satis superque testatum facit, quem a primo procurationis sue anno
usque ad ultimum Prioratus sui diem continuavit, cujus utinam diligentia plures
habuisset imitatores.

Porro cum status domus post confirmationem suam comitantibus senioribus ex-
conventu a Patribus Visitatoribus fuisset requisitus, cum quo sequitur schemate annor-
-tatum exhibuit. Status Domus anno 1511. Persone domus sive monachi incluso novello
Priore fuere octodecim, Conversi professi octo, donati duo, oblatus unus, famuli et una
famula 13, equi 8 inclusa familia et equis molendini nostri; promptuarium domus
habet summatim 532 florenos tritici et siliginis reperit in granariis domus, molen-
dini, et domus ad grues circa 1000 maldra: de avena circa 60 maldra. Seminis
81 raparum 8 maldra pisorum circa 4 | maldra de hordeo et brasio, et lupulo tantum
quantum sufficeret et pro cerevisia braxanda ad unum annum, tisturum: de
cerevisia quantum sufficit usque ad festum Sti Michaelis ad bibendum: de vino circa

27 Mars 1511 - 1520, 12 févr. — D. Leonard de Wetzlaria. —

Profès de la maison « intravit ordinem 1488, dit la chronique, procurat depuis 1499. — élu prieur le 27 Mars 1511. —

ch. 1511 et 1512. Priori Dⁱ Erfordiæ non fit mia. ch. 1513. Priori Dⁱ Erfordiæ non fit mia, & solvat priori Dⁱ Transfigurationis 15 aureos a fratre Joanne fabro converso, pro nunc in domo sua incarcerato, mutuatos a suatore quodam Dⁱ Transfigurationis. — Rien de ch. 1514 et 1515. — ch. 1516. Priori Dⁱ Erfordiæ non fit mia. ch. 1517. Priori Dⁱ Erfordiæ non fit mia. D. Joannes Goler ibidem hospes redat hospitatum ad domum Norae cella ad ordⁱⁿ voluntatem. — Visitetur ips. ad Dⁱ (Hassia) per priorem Erfordiæ et Isenach quanto cius fieri potuerit informa ordinis cum plena autoritate capituli generalis. — (In Dⁱ Moguntiæ) et D. Gregorius ibidem hospes revertatur ad domum Erfordiæ sua professioni. ch. 1518. Priori Dⁱ Erfordiæ non fit mia. (In Dⁱ Statin) et D. Valentinus ibidem professus habeat licentiam transferendi se ad domum Erfordiæ, quatenus, dummodo præmissis certificatus fuerit de voluntate et consensu conventus ejusdem Dⁱ Erfordiensis. — ch. 1519. Priori Dⁱ Erfordiæ non fit mia.

ch. 1520. obiit D. Leonardus prior Dⁱ Erfordiæ. — Le nécrol. Dⁱ a au 12 févr. « D. Leonardus prof^us, sac. monac. et prior hujus D^i et quondam per multos annos fuit fidelissimus procurator ejusdem. » —

36 plaustra, quod sufficeret tribus annis, sed propter vineas colendas cogemur partem vendere.

Habuit domus insuper illo tempore in censibus perpetuis, et redimibilibus, inclusis allodiis et molendinis secundum communem estimationem 1200 florenos rhenenses, de quibus dare debuit aliis in censibus annuatim circa 16 florenos, et ad redemptionem 20. in vitalitiis autem 23 florenos pauperibus pannos tres ad valorem 10 florenos hoc anno 1511.

Que autem et qualia iste Pater perfecerit ædificia, ex ejus computo quem fecit ab anno 1500 usque ad annum 1530 colligere licet: inter alia anno 1517 novas sedes in choro monachorum et conversorum ex ligno Quercino satis pulchras et formas fabricari fecit. Eodem anno jussus fuit a Capitulo generali invisere domum Ste Joannis Baptistæ in Hassia.

Anno sequenti nominis sui perpetuum monumentum depingi curavit in claustro videlicet minori tabulam Deiparæ Virginis, Ste Joannis Baptistæ, Ste Patris nostri Brunonis et omnium SS. Hugonum Episcoporum imaginibus conspicuam. Cæterisque quæ in quadripartitis istis veteranis aut similibus aliis vetustis chartis consignata reperi, fideliter transcripsi, in sequentibus vero propter pestilentissimum Martini Lutheri hæresiarchæ dogma, et frequentes vehementesque Catholicorum 82 persecutiones, cum prorsus, ut infra patebit, nihil aut pauca admodum scriptis commendata sint et existant, difficiliter occurrit chronici hujus prosequendi ratio. Quapropter quæ sparsim tantum ex diversis domus monumentis, chartis Capitulis generalis, aut Patrum relationibus assecutus sum, breviter prout memoriæ occurrunt, scriptis consignabo.

Dogma igitur istud pervertissimum, quod superioribus annis homo pestilens sub prætextu reformationis abusum Ecclesiæ disseminare occæperat, cum paulatim instar cancri serpendo invaluisset, nec quoslibet jam, sive infimos de grege, sed heres autem magnates et proceres imperii pervertisset, ut eos non fautores modo, sed et patronos, et defensores acerrimos fortissimosque haberet: contigit ut tota Ecclesiæ catholicæ fides gravissima incumberet. Inde enim frequentes ruinæ et

Copy = 5

Dissensiones, bella toto Romano Imperio, despoliatio et invasio locorum bonorumque Ecclesiasticorum, et ferox persecutio religiosorum, adeo ut quicumque iniquior magis in eos extitisset gloriosior religiosisque crederetur.

Quare hac falsa et ementita imagine quoque reformationis Evangelii et abusuum Ecclesie intoxicatus et illectus anno ejus seculi 1525 in bello et tumultu rusticorum Dux Vinariensis Saxonie Joannes, et Joannes Fridericus filius, tunc Elector S. Romani Imperii, principalis defensor votifragi Monachi Doctoris Martini
83 Lutheri hereseiarche, monasterii nostri Montis | Ste Salvatoris potiora bona et redditus de facto invasit, et sibi usurpavit, veluti paganum Rinckleben, allodium in Goldbach cum hereditariis ibidem censibus, redditus in majori minoriqueBrembach, majori, minorique Ohringen, Obersleben, Vogelsberg, Bischleben, Marckriggach, Mitzlhausen, Ridtnorthausen, Rudestett, Fritmar, Rindtleben, Gotha, Teuttleben, Eichelborn.

Donec sopito nonnihil bellorum tumultu, anno 1533 in comitiis Principum Imperii (quibus etiam memoria eterna dignus interfuit catholice fidei columna, Illustrissimus Dux Georgius frater Electoris Saxonie) celebratis, omnia hujusmodi ablata bona et redditus Ecclesiastici, Ecclesiasticis in integrum restituendi decretum fuit et. Verumtamen minime diuturna hec restitutio fuit, anno siquidem 1538 eadem bona de facto iterum ad se recepit, exceptis tamen minoribus viliboribusque redditibus in Rudestett, Eichelborn, Gotha, Rindtleben, Teuttleben et Bischleben quos postea tamen Dux Joannes Fridericus (ex Mittler dictus) filius Electoris ab Cesare Carolo V ob rebellionem ab Electoratu depositi et translati, denuo in suam potestatem redegit omnes. Donec idem Dux Joannes Fridericus anno 1567 in obsidione et occupatione Gothica captus est, et a Cesare captivus detentus fuit, et Dominus frater ejus germanus Dux Joannes Wilhelmus ejusdem in regimine successor sub spe, ut putatur, gratie recuperande apud Imperatorem atque inde consequende liberationis D. fratris Joannis Friderici e captivitate, monas-
84 terio omnes supra enumeratos ubique | locorum redditus, exceptis tantum pagis Rinckleben et Goldtpach, restituit ex integro, quos etiam monasterium in libera et quieta possessione retinuit, et quotannis collegit usque post obitum dicti Domini

Joannis Wilhelmi.

Verum ex defuncto Elector tunc Saxonie Augustus, tutor, junioru[m] Principum curatorio nomine eosdem redactus in majori minoriq[ue] Brembach, Obringen, Vogelsberg, et Oberleben anno 1573 de facto iterum invasit, et sue potestati subjecit, et usque in presens retinet.

Verumtamen cum in iis restituendis supplicando qua voce, qua scriptis, nec Cesaris auctoritate quicquam Patres nostri superiores proficerent, sed inanibus tantum verbis et promissionibus lactarentur, compulsi tandem Patres Visitatores Ordinis. Anno 1581 Joannes Hauptius et Nicolaus Comitius, Priores domorum Celle salutis, et Pontis B. Marie, litem Ducibus indixerunt et in camera Imperiali Spirensi maximis sumptibus dc. hactenus prosecuti sunt usque ad annum 1630 quo mense Decembri, solemni ritu et ceremonia, et loco publico sententia tandem finalis Spire determinata, lata et publicata fuit, qua dicti Duces Vinarienses damnati sunt ad plenariam omnium in lite pendentium hactenus bonorum, reddituum, fructuum perceptorum, et omnium expensarum restitutionem sub comminatione gravioris pene.

Quam etiam sententiam a V. Patre Visitatore, Domino Brunone Fleischmann, Priore Pontis B. Marie in Ostheim transmissam / 85 V. Pater Joannes Arnoldi Prior hujus domus, ut jussus fuerat, anno 1631 mense Februario, qua scriptis, qua viva voce per publicum notarium Dominum Jacobum Juneman civem Erfordiensem, et testes ad hoc specialiter rogatos Dominum Jodocum Gerwolt, tunc Praepositum Albarum Dominarum, et honestum virum Joannem Rebecourt, civem Erfordiensem, Vinarie Duci ipsi Wilhelmo insinuari curavit, qui etiam se obligatum eidem sententie parendi et satisfaciendi recognovit. Summa autem omnium perceptorum fructuum supputata in annos singulos ab anno 1573 usque ad annum 1630 latie sententie inclusive facit.

In tritico 1846 malder 2 vigel 3 metzen
In hordeo 1670 " 3 " 3 "
In siligine 57 "
In avena 217 " " " 1 noselinum

In pecuniis 4166 florenos 15 groschen
In aucis seu anseribus 13 68 aucas
In pullis seu gallinis 80.37. gallinas
In cera 256 ½ ℔ cerae.
Summa summarum frumenti 3791 malder omnis generis frumenti, 3 Visgel. 2 Scheffel. 3 Mettzen. et 1 noselinum
Summa censeus annui in frumentis, tritico, siligine, hordeo et avena simul 66 malder. 2 visgel. 1 metze 1 noselinum.
In pecuniis 72 florenos 14 groschen 1 pfennig.
In aucis 34 in gallinis 163. in cera 5 ℔.
Et hec summa respondet initio occupationis que successivis annis aucta est, et ad sequentem accrevit. |
86 Summa annui censeus posterior.
In frumento, tritico et siligine 37 malder, 3 visgel. 2 metzen mensura Spirensis.
In hordeo 33 malder. 3 visgel. 1 Scheffel, 3 metzen
In avena 3 „ 3 „ In pecuniis 72 ½ florenos.
In aucis 36 ½. In gallinis 171. In cera 4 ℔.
Summa autem prior omnium perceptorum supputata est juxta summam primam annui censeus. Sed de his plura infra suo loco dicenda occurrent in gestis Prioris 43 nunc enim recurrendum unde digressus sum.

Venerabilis itaque D. Prior Leonardus exulceratissimis hisce catholice fidei, et Romani Imperii cladibus et persecutionum procellis, et gravibus domus disscrimi-nibus mœrore animi et senio simul confectus, diem suum finivit extremum, requiem quam hic nequivit adipisci, in celestibus plenius perfectiusque consecuturus. Quo demortuo domus ob prestactam temporum partim injuriam, et personarum, qua causa nescitur (inspiam: partim ut satis apparet, ob frequentes mutationes, institutiones, destitutionesque officialium, domus hec inquam, potissimum magis magisque periclitari ac pessum ire cepit, domi enim foris que ab adversariis infes-tata, cum jam fere omnes desperatam suspicarentur, nemo qui adverant usque ad

omnimodam ejus desolationem, quantumvis exiguo hoc tempore tot habuerit Rectores quot quisque tempore institutus, quanto tempore, qualiterque praefuerit, ne unus brodierit scriptis, praeter nudam personarum denominationem, sive cognomine etiam et professionis domus consignatione; quod adeo mirum videtur, quos hic ordine subjungam.

87 ## XXI. Dominus Conradus.

Qui Domino Leonardo canonica electione subrectus est anno 1520 et praefuit Domui usque ad annum 1525. Ipso praeside anno 1521. coeperunt rustici nostri in Rinckleben contra nos rebellare quasi insuetis operibus a nobis gravarentur. Itaque Prior protervire illorum nolles acquiescere, ad Joannem Ducem Saxoniae provocarunt illius protectionem implorantes quantumvis autem Prior se crebrius opposuisset nihilo tamen minus Dux anno sequenti 16 Februarii quot et quae nobis opera praestare tenerentur definivit, qui etiam hoc ipso anno sui fratrisque Friderici Electoris Saxoniae nomine salvum nobis commeatum dedit, mandando omnibus officiatis, ut Domui ejusque ministratibus quoties requirerentur, subsidium praeberent.

Extant etiam hujus Prioris literae quibus sub sigillo confessionis successori suo, quae ex documentis originalibus et aliis apud Principes Saxoniae deposuisset, aperit maximo damno domus est ausus patuit, quae nunc in restitutione 2 ab Amplissimo Senatu ex rudera devastationis erutae sunt ad verbum eiusmodi.

Venerabilis Pater, in anxietatibus ante annum, cum Erford: tempore quo nos ab eis exactionabamur; et quia fuerat mens omnium Conventualium, bona domus, si deberent per Erford. distrahi, ea bona, potius vellent consentire ut Principes ad se reciperent: si Ordo in vigore permanserit ex tunc ad unguem res-
88 -tituent: Eo respectu recepi decem et | octo literas et praesertim bonorum sub Principibus jacentium, et duo registra, tradens eis ad custodiendum; si opus esset, poteris illic apud Principes, vel Fridericum a Thun repetere, sunt enim optimi Principes non fraudabunt. Nemo hominum in Conventu vel alius existit qui noscit de hujusmodi depositione certarum literarum, et si Erford: in medio scirent, expel-lerent vos de civitate; quare ista vobis sub confessione et sub secretissimo sigillo scribo, neminialiquid dicatis nisi sequaci vestro et sub confessione iterum iterum

1520-1524-25?. — D. Conrad. —

Elu prieur après la mort de D. Leonard, d'après la chronique, qui ne nous dit pas de quelle maison il était profès. — Dans la liste des profès de la maison, donnée par la même chronique, on ne voit pas de religieux du nom de D. Conrad. — Ch. 1520. Priori d'Erfordiæ non fit mia. — Et D. Adam ibidem (ch. de Annunciatæ) professus et adat hospitatum ad domum Erfordiæ, prout petit. — Ch. 1521. Priori d'Erfordiæ non fit mia. Et fr. Balthasar ibidem conversus et adat hospitatum ad domum, in Asthein ad ordinis voluntatem. Ch. 1522 et 1523, Priori d'Erfordiæ non fit mia. Ch. 1524. Priori d'Erfordiæ non fit mia. Quem in visceribus Jesu Xti exhortamur ut injunctam sibi (ordinis chauve) obedientiam pro Dei et ordinis honore patienter ferre ac diligenter subditorum saluti intendere curet. — D. Conrad cesse de gouverner entre les chapitres de 1524 et 1525, n'est pas mort en charge comme le dit la chronique. — On ne trouve pas son obit dans les cartes du chapitre gen. —

quem nostris. Revera egregie lupo agnum commisisti Pater.

XXII. Dominus Henricus Eilburgk, Rector

Mortuo predecessore suo, sine postius translato, cum ius rectoratum domus Dulcis
fuisset, in Capitulo sequenti anno 1525 ad suam instantiam absolutus, et Prior
Domus Transfigurationis Jesu Christi in Misnia designatus est. Ipso preside hac
in domo fuerunt persone sequentes, videlicet Dominus Bernardus Vicarius, Dominus
2. Matthias Leuskirchen Procurator, 3. Dominus Christophorus Senior, 4. Dominus Winoldus
Hennigh, 5. Dominus Gregorius, 6. Dominus Lucas, 7. Dominus Marcellinus infirmarius,
8. Dominus Johannes Goltpach sacerdotes. Frat. Joannes Bungkard. f. Michael Schneider,
f. Balthasar König laici.

Quin etiam hoc tempore, cum rusticorum tumultus inciperent 24 Martii.
Delarius Huttener, Christophorus Ziegler et Theodoricus Kannegiesser viri senatores
hujus domus provisores a Senatu constituti, vi nobis eripuerunt et deportarunt ad
29 curiam (sub specie quidem melioris | custodiæ, sed revera sacrilegii et rapinæ, cum ex
omnibus ne minimum quidem rediderint) videlicet, calicem aureum valentem 500
florenos minus 20, alium pregrandem argenteum deauratum, valoris 100 fl.
duas hierothecas argenteas, valentes 80 fl. 10 calices minores similiter argenteos
inauratos, ad pretium 250 fl. relictis 6 aliis ad usum nostrum. S. Thomæ Apostolii sta-
tuam argenteam estimatam 100 fl. Insignem et magnam monstrantiam valentem
250 fl. Scyphum argenteum valoris 50 fl. alterumque 70 fl. denique diversas capsulas
argenteas pro capiendis reliquiis Sanctorum supra 200 fl. estimatas. Absque his omnia
documenta pagum Bienkleben concernantia, itemque registra annorum 1515 et 16
cum libro copiali censuum abstulerunt: nec his satiati, plurimos insuper lapides
quadratos supra pretium 300 fl. auferentes, ad murum civitatis adhibuere.

XXIII. Dominus Andreas.

Præsulto Patre Henrico per Capitulum translato anno 1525 eodem et
2. Procuratore domus Transfigurationis Christi in 3. ejusdem domus hujus subrogatus est,
et paulo post Visitator Provinciæ declaratus, cujus primis suis auspiciis regiminis, sub
seditione rusticorum similiter, Dux Saxoniæ Joannes, et Joannes Fridericus Elector,

1524-1525. ch. — D. Henri de Tilburg ou de Dilburg. —
ch. 1525. Rectori Dⁿ Erfordiæ ad suam instantiam, fit mia. ... et præficit in priorem dictæ D. (Transfigurationis) D. Henricum, propterea a Rectorate Dⁿ Erfordiæ absolutum. — La chronique ne dit pas que quelle maison il était prosès. — Est-il allé à la Transfiguration ? — Ny est plus lamme suivante. — On ne sait ce qu'il est devenu. — Son nom ne figure plus dans les cartes du chapitre gen. —

ch. 1525-1527. — D. André Seiz. —

ch. 1525. Rectori Dⁿ Erfordiæ etc. ut supra, præficimus que in priorem dictæ D. D. Andream, procuratorem D. Transfigurationis. Et D. Henricus Zollis et D. Gottinghan hospitalis ejusdem D. habeant pro nunc patientiam in petitione sua. — (In Dⁿ Nonacii) et fr. Michael Ibidem, hospes reverentiæ ad domum Erfordiæ sua professionis. D. André Seiz est procureur de la Transfiguration en 1523 et 1525, d'après l'historien Göffer. — était probablement prosès de la même maison. Le chap. de 1525 le nomme aussi convisiteur. ch. 1526. Priori Dⁿ Erfordiæ nova fit mia, et ceteræ convisitatores. Puis il disparaît fin 1526 ou commencement de 1527, sans qu'on sache ce qui est devenu. Comme tant d'autres a probablement embrassé la réforme. C'est à tort que le chroniqueur la croit prieur jusqu'en 1529. —

bona nostra pagum singulariter Rinckleben et cetera bona omnia cum juribus omnibus de facto invasit, et sibi usurpavit, et hic fuit prima occupatio, ex qua damnum duorum millium florenorum hic domus passa fuit.

XXIV. Dominus Marcellinus.

90 Professus, Sacrista, Vicarius, et multo tempore diligens Procurator, defunctō in Priōratu Domini Andreæ legitime successit, eundemque usque ad annum 1534 laudabiliter satis rexit, quo propter nimiam senectutem et corporis imbecillitatem fuit absolutus, et deinceps privatim usque ad annum 1540 sexagenarius laudabiliter vixit in ordine.

Sub ipso anno 1533 Conventus Principum celebratus fuit Lipsiæ, interque Albertum Archipræsulem Moguntinum, et Georgium Ducem Saxoniæ concordatum fuit propter restitutionem bonorum Ecclesiasticorum, sub tumultibus rusticanis abstractorum.

Anno sequenti 3 Februarii, sub Domino Gregorio Wasserfahrer, Vicario hujus Domus, Dux Saxoniæ, vigore concordatorum Lipsiensium voluit restituere pagum Rinckleben, ut primo ejusdem insignia ad vitam utramque apta vellemus servare intacta; deinde ordinationem in Ecclesiasticis, tributa, servitia et cetera ad jurisdictionem superiorem spectantia illi relinquere; denique de decimas Præfecto ejusdem in Schwentzla [illegible] etc.

XXV. Dominus Jodocus Hessus.

Hic vir plane opportuno tempore, quo vel maxime domus adversitatum procellis agitabatur, et penuria laborabat personarum, a Venerabilibus Patribus Visitatoribus provinciæ Domino Tilmano Mosen, et Domino Jodoco Waldung, Priōribus domorum Boni lapidis, et in Grunaw, cum sex aliis Patribus Domino Georgio Unkauff Procuratore et Joanne Circk Vicario etc. anno 1534 Prior domus missus fuit: Vir omnigena eruditione clarus et pietate, zeloque religionis insignis et exemplaris, hactenus domus in Bensheim Vicarius, alias professus et Procurator domus in Ostheim.

Hic V. Pater ad suum ingressum reperit hominem perversum F. Joannem laicum 91 administratorem hujus domus, habitu seculari, | utentem, et Lutheranis non male affectum; a quo cum regimen domus non posset obtinere, coactus fuit libello supplici Senatum rogare, ut dictus Frater ad sui submissionem rationemque reddendam

24

1527-1529. — D. Bernardus. —

ch. 1527. Priori d. Erfordia non fit mia, et instituterum a visitatore provincia confirmamus. — Florès a aussi : « Priorem Erfordia a visitatoribus institutum confirmamus. » Il y a donc eu changement de prieur depuis le dernier chapitre, et le prieur d'Erfurt n'est plus nommé comvisiteur.

ch. 1528. Priori d. Erfordia non fit mia; et quem citius fieri potorit visitator ipsa d. per visitatores provincia cum plena auctoritate capitulig. generalis.

ch. 1529. obiit. D. Bernardus prior d. Erfordia. Florès ajoute à tort « forsan malus Andreas » puisqu'il a noté le changement de prieur de 1527. — Voir la chronique de D. Jean Lottey, page précédente (53) où il donne les noms des religieux en 1525. — Le 1er est D. Bernardus, vicaire. Le catalogue des profès n'a pas de religieux de ce nom, à moins que ce ne soit le suivant : « D. Barwardus (sic) Villika de Hildesio, vicarius et magister novitiorum hic et in Conradsburg. » ne donne pas la date de sa mort, et on ne trouve pas de Barwardus dans les obit de chap. gén.

25.

1529-1534. — D. Marcallinus

ch. 1529. Priori d. Erfordia non fit mia. ch. 1530. Priori d. Erfordia non fit mia, ch. 1531. Priori d. Erfordia non fit mia. Et injungimus visitatori provincia ut vel ipse ad eandem domum accedat, vel ex prioribus Franconiae aliquem idoneum mittat pro instauratione regularis observantiae in eadem domo. — ch. 1532 et 1533. Priori d. Erfordia non fit mia. —

ch. 1534. Priori d. Erfordia non fit mia. Quem exhortamus in Domino ut diligenter invigilet pro recuperatione (restauratione chauvet et Florès) regularis disciplinae in dicta domo. Et visitator ipsa d. per visitatores provincia quamprimum fieri potorit in forma ordinis. — Cette admonition s'adresse-t-elle à D. Marcallin ou à son successeur ? D'après la copie de la ch. gen. que j'ai il est dit : Priori d. in Asthaim non fit mia, ce qui prouverait que D. Todocus est encore prieur à Asthaim ; mais Florès a « Rectori d. in Asthaim » d'où la conclusion que D. Tobie est déjà à Erfort. Pourtant si on admet ici ce transfert du prioral d'Asthaim à celui d'Erfurt s'est fait

cogeretur: qui 4. provisores ad hanc domum destinavit, in quorum presentia computus fieret, quem reddidit ipse Ste Vite ab anno 1526 usque ad annum 1534 Priore et Provisoribus audientibus, omnibusque computatis accepta superarunt exposita, plus quam 3000 fl. habuit in frumentis, residua supra pretium 2000 fl. vini, 200 plaustra sive 1400 urnas fuere domui in proventibus annuis hoc tempore excensibus 522 Jexag. 46 groschen in frumentis 170 maldra, nec quicquam debuit.

Computatione autem facta cum Laicus iste vehementer nisitaret ut presentibus deputatis a P. Priore rationes subscriberentur, ipse ob improbitatem hominis id facere renuens, e contra petebat non solum a Senatu omnium odam domus administrationem, sed etiam ut eius carnium et ingressus seminarium (que duo ab annis aliquot perversus ille homo introduxerat) ab hac domo penitus prohiberentur, et ut Visitatoribus daretur potestas accedendi ad hanc domum, quatenus illam more Ordinis visitare, officiales instituere et mutare, ac personas pro choro servando necessarias huic destinare possent; denique ut dictus frater rebellis et contumax ad obediendum sibi cogeretur. Quibus omnibus Senatus libenter annuebat, mox ubi frater ille a suis rationibus liber, provisionem Priori consignaret; hoc solum excepto, ne Visitatores intra anni spatium, ad vulgi seditionem cavendam huc venirent.

92 Suscepto itaque regimine, dictus Prior domus jura contra invasores non tantum egregie tutatus est. Sed gregem sibi commissum inscriptis divini eloquii et exhortationis non minus laudabiliter direxit. Extant et jam nunc ejusdem lucubrationes partim typis expresse, partim manu propria exarate, ex quibus peritissimus status ejus seculi videri potest. Ipse statim primo anno sui regiminis senatui hujus urbis exposuit 2500 flor. ad censum annum, itemque scyphum argenteum valoris 36 fl.

Anno 2° ut est 1535 Dominica post Circumcisionem Domini rheda abiit in Rinckleben, Comitatus Domino Georgio Unkrauff Procuratore, et Casparo Leinsten, ubi postridie hora 7ª matutina, pulsatis campanis, in villa nostra abs nobili Dño Ewaldo de Berandenstein Capitaneo, et Johanne Hoffman, questore Weimariensi, nomine Ducis Electoris Saxonie Johannis, et Joannis Friderici, pagus Rinckleben cum omnibus et singulis suis predijs, juribus, jurisdictionibus primo habitis, exceptis quibusdam

avant ou après le chap. de 1534, il faudrait vérifier sur l'original des cartes à Paris, s'il y a : Rectori ou Priori d. in Astheim. —

ch. 1543. obiit D. Marcellinus monac. prof^us et antiquior d. Erfordiæ, alias ibidem vicarius et procurator, qui annis sexma 6 laudabiliter in ordine vixit, habens mitt. B^a M^a in prov^ia Alemaniæ superiori, Inferioris, Saxoniæ et Rheni, et amicors. exp. per tot. ord. sub 4 Dec. —

La necrol. de la maison la note au 5 Dec. en ces termes: « D. Marcellinus prof^us, vicarius et procurator hujus d. » D. Jean Arnoldi dans sa liste des profès, dit qu'il fit profession le 2 janvier 1506, n'était par conséquent que dans sa 38^e année de religion. — Les Upham. (I. 155) citant la chronique d'Erfurt (ne disant pas laquelle) le font mourir le 4 février 1543. — D'après la nec. c'est 5 dec. 1542

26 1534 – 1539, 23 Sept. — D. Jodocus Hessus. —

Était prieur d'Astheim depuis fin 1526 ou commencement de 1527 quand il fut transféré à Erfurt, avant ou après le chapitre de 1534. —

ch. 1535. Priori d. Erfordiæ non fit mia. Idem prior obtat absque longa prælatione convisitatori debita tam ex personis missis, quam ex aliis debitis obligatis. Et visitatur ipsa domus quantocius fieri poterit. — (In d. Friburgi), et D. Joannes Ruremundensis datat hospitatum ad domum Erfordiæ, prout petit. ch. 1536. Priori d. Erfordiæ non fit mia. Et hortamur D. Joannem Syrdi (surdi vel Surdi. Flores. Circk. chron.) vicarium dictæ d. ut, pro Dei et ordinis honore, sub spe ampliorii præmii cælestis, ibidemque nostræ sunt religionis fervenior et perseverantior exerceat, concedentes illi post mortem suam, si in hac sancta Dei opera religiose perseveraverit, unam missam de B^ta Maria a singulis sacerdotibus in provincia Inferioris Alemaniæ et Rheni celebrari. Hortamur etiam D. Udalricum et D. Huganum, ibidem hospitat, ut ad sanctam stabilitatem et veram ordinis obedientiam se disponere studeant. D. chauvet et Flores. —

ch. 1537. Priori d. Erfordiæ non fit mia; et monemus vicarium ejusdem d. ut cessat a murmurationibus ubi et potest, sed nec alios ad id inducat cum

intellex

regalibus superioritatibus superius assignatis, vigore comitiorum Lipsie habitorum plenarie restituatus fuit, omnesque subditi a juramento, quo Ducibus se obstrinxerant soluti, Priori de novo homagium prestiterunt. Volebant quidem prefati Executores, Patres illos presentes, qui tempore pacificationis Lipsie inite fuissent in Carthusia sed cum unicum superstitem, putta Patrem Marcellinum, cumque propter senium ad eundem inhabilem intellexissent, acquievervnt. Verumtamen minime diuturna
93 hec restitutio fuit, anno quidem 1538 defuncto Alberto, Electore Moguntino, | occasione exorte cujusdam controversie inter Principem et Senatum Erfordensem ob occupatam curiam sive domum, den Georgenthaler Hoff dictam intra civitatem post mor-
-tem ejusdem domus, prefecti ab Senatu, Princeps offensus Vinariensis, omnia iterum bona ecclesiastica, etiam civium interdixit et occupavit, pretextu violatie conventionis et pacti sancite in comitiis Lipsiensibus, ut videre est in actis inde natie controversie nostre.

Porro dictus Pater podagra et diuturnis laboribus exhaustus et confectus, post-
-quam anno 1537 picturis illustrasset hypocaustum minus ac solare in veteri Prioratu Gallilee anno 1539 desiit esse in humanis.

XXVI. Dominus Conradus de Lützenburg.

Dicto Domino Jodoco Hesso pie defuncto, ipso anno 1539 feria 4 post omnium Sanctorum, Senatus hujus urbis a V. P. Tilmanno Mosen, modo Priore domus Buxie et Visitatore principali, novum Priorem postulavit scripto pro illo conducto transmisso, fuitque hoc munus impositum Domino Conrado de Lutzenburg, qui ad suum ingressum reperit duos monachos, alterum senem, Dom. Marcellinum, professum hujus domus, hospitem alterum, Dom. Georgium Unkauff Procuratorem, Conversum unum F. Martinum Bochseler: in frumentis 140 malder. vini, 91 plaustra, habuitque domus ex annuis censibus pecuniariis circiter 500 fl. in frumentis 280 Malder ex quibus censibus multi nihilominus detinebanter
94 -tur | a Ducibus: reperit in archivo 1276 fl. ad quos tamen solis conventualibus non dabatur accessus, provisoribus Senatus duas quoque claves habentibus.

Hic cum authoritate Capituli legitime in Prioratu suo stabilitus fuisset

intellexerimus conventum laudabiliter tractari in omnibus quæ adinuicem sunt; et cessant de cætero vicarius et procurator a mutua criminatione, alias ordo prædicatorum. — ch. 1538. Prior Dⁿⁱ Erfordiæ non fuit nisi. Et declaramus dictum priorem, ex contextu Rᵈⁱ Patris ultimo defuncti professum Dⁿⁱ in Altheim. Et D. Joannes Syrach, habitat Ulmæ, revertatur ad domum, Friburgi, suæ professionis, et ibi exerceat officium vicariatus. Flavit.

ch. 1546. obiit D. Jodocus Hasius prior Dⁿⁱ Erfordiæ. (alias prior prior Dⁿⁱ in Altheim et 2ᵉ professus.) D'après la nécr. d'Erfurt, D. Jodocus est mort le 23 sept. 1539. et non le 3 nov. comme disent les Epham. (II. 85). « 23 sept. obiit D. Jodocus Hasius prior hujus D., nacnon quondam prior in Altheim, et procurator in Ittingen. » La carte de 1538 le déclare profès d'Altheim, mais ce n'est qu'une seconde profession. Aucun de nos auteurs ne dit qu'elle fut sa 1ère maison de profession; cette mention du nécr. et procurator in Ittingen, me porterait à croire qu'il y fit profession, d'autant plus que la carte de 1536 a ceci: « Et talo et (prior Dⁿⁱ in Ittingen) priori Berncæ octo florenos renenses pro D. Jodoco professo suo. » et dans la suite on ne trouve pas de D. Jodocus parmi les obits des profès d'Ittingen.

27. 1539 – 1541, 5 Aout. — D. Conrad de Lützenburg. —

La chronique ne nous dit pas de quelle maison il était profès, ni à quel moment précis il arriva à Erfurt où il est mentionné en mars 1540. Les extraits de D. Chaux et de Flores, n'ont rien sur Erfurt en 1540 et 1541. — ch. 1542. obiit D. Conradus prior Dⁿⁱ Erfordiæ. — est mort le 5 aut 1541. car la nécr. dit « 5 Augusti obiit D. Conradus de Lutzelburg prior hujus D. » —

sæpe dictus Senatus voluit ut Procurator, novello Priori et provisoribus redderet omnium rationem, qui cum tergiversaretur, ad id prestandum solicitavit V. P. Convisitatorem. Placuit hic ipsas literas referre, ut quis zelus et religio hoc tempore penes senatum fuerit, cunctis fiat manifestum.

Reverendam tuam paternitatem multum salvere jubet. Pater Reverende, latere te nolumus, quod paucos ante annos schismate quotidie magis ingravescente, Fratres domus Carthusiensis in urbe nostra instanter precibus a nobis petierunt ut ipsis et domui auxilio et presidio adessemus, quorum precibus utpote juri et equitati consonis moti quatuor primarios nostri Ordinis viros elegimus, ipsisque mandavimus, ut suo auxilio et presidio nostro nomine, quasi œconomi fratribus et Conventui Carthusiano adessent. Quod suum officium studiose adimple volentes, cum personarum defectum agnoverunt, quatuor Carthusiani Ordinis Fratres ex longinquis regionibus acciverunt, illisque custodiam, administrationem, et dispensationem domus et totius familiæ commiserunt, magnam diligentiam et providentiam illis inesse sperantes, sed spes sua, quam de ipsis maximam conceperant, ipsos fefellit. Nunc enim cum reddenda est ratio administrationis, Procurator calculum ponere reformidat. quod ut facilius effugere possit, T. P. appellat, atque tuæ paternitatis absentiam causatur. Cum autem hæc protellatio reddendæ rationis, novo Priori ad disponendum domus ordinem, totique conventui et
95 etiam | communitati nostræ sit maxime præjudicialis, ob id T. P. enixe rogamus, ut si commode fieri potest, ipse venias, et presens adsis, vel si hoc per negotia aut alias occupationes non licet, cures tamen et præcipias per literas, ut dispensator vel Procurator rationem suæ administrationis novo Priori Domino Conrado sine procrastinatione reddat, adhibitis ad hoc quatuor œconomis fidissimis Carthusianæ religionis custodibus. Et si quid per ipsum in administratione peccatum esse animadversum fuerit, quod tunc juxta Ordinis Carthusiensium regulas, debitis pœnis subjaceat. Hæc Reverendissime ad te idcirco scribimus, ut religioni Carthusianorum suus stet honos, et periculosissimo hoc tempore schismatis, quantum in nobis est, orthodoxæ Ecclesiæ ritus non abolentur, quæ ut eo etiam animo, quo a nobis scribuntur accipias, atque in eam partem interpretari velis summopere rogamus. Deus igitur optimus maximus

omnis concordie et pacis auctor et amator, perte et tui similes religioni suae concordiam reddat, et te quam diutissime sanum custodiat. Vale.

Erfordie, pridie Idus Martii anno M.D.XL.

Consulatus Erffordiensis.

Domum autem Prior iste annis facile tribus moderatus est, exposuitque Senatui anno 1541 60 fl. pro censu annuo 24 fl. et spiritum anno 1543 reddidit, cum Prior minus anno 1540 fuisset institutus.

XXVII. Dominus Jacobus.

Uti ex veteribus manuscriptis literis ad Principes apparet, predicto Domino Conrado per chartam subiectus est Dominus Jacobus | professus domus Hortii Christi, et domui presidit anno uno plus minus; deinde anno 1544 eodem per chartam, ad suam instantiam absoluto, et in Procuratorem domus suae professionis institutio, veruntamen ante suam emigrationem pie obito, eidem subrogatus invenitur P. Benignus Lampe S. Theologie Licentiatus, professus domus Wesalie, hospes in domo Moguntia, cum D. Johanne Loren. hospite domus Buxie, futuro Procuratore, qui tamen moderationem domus nusquam apprehendisse perhibetur; quico post mortem D. Jacobi, F. Martinus Böchseler, Conversus, qui solus ex personis domus superstes remanserat, et penes quem summa rerum stabat, libertate in propriam perniciem abutens, voti et professionis sue per summum nefas oblitus, et proditor, resignato monasterio in manus Senatus, ipse ducta uxore, et sacrilegis nuptiis celebratis a fide et Ordine apostata, officium hospitalarii in monasterio Carmelitarum a suis jam deserto ab Senatu oblato suscipiens plurimis post annis exercuit.

Senatus autem desolatam domum a suis suscipiens, et occasionem bene de monasteriis cupediis sibi consulendi, et utilitatibus serviendi nactus, huic minime indormisse officio perhibetur. Quod Patres nostri multo animi dolore et singultu cordis conquesti sunt et nos dolentes referimus. His ita gestis, cum successu temporis de domus deplorando statu sacer Ordo inaudisset, omnem mox possibilem diligentiam pro recuperanda domo adhibuit, prout hec satis abundeque testata faciunt Ordinationes et Capitula generalis. | In primis admodum Venerandus Pater Dominus Theodericus Lotherius

28. 1541 - 1544. ch. D. Jacques

ch. 1544. Priori D. Erfordiæ ad suam magnam instantiam fit mia, transeatur ad Domum, professionis suæ Horte Xte, in quâ exerceat officium procuratoris, et omnibus modis curet diligenter intuere dictæ D. priorem, ut redeat ad ordinis obedientiam, et cum effectu deponat scandalosum eum carnium; quod ut melius efficere possit tenuat secum fr. Martinum, conversum professum dictæ D. Erfordiæ, ad hospitandum in præfata Domo Horte Xte. D. chauvat et Flores. — Voir ce que dit la chronique de ce fameux frère Martin, qui est resté à Erfurt. —

ch. 1547. obiit D. Jacobus prior Erfordiæ. — Il faut sans doute aliàs, à moins qu'après le départ du suivant, il n'ait conservé le titre de prieur d'Erfurt. De fait il paraît comme prieur dans deux actes: 1544, lundi après Pentacote et 1545, vendredi après Lætare (4e Dimanche de carême) Inv. N.S. 576 et 580.

29. ch. 1544 - 1545. ch. — D. Benigne Lampe. —

ch. 1544 ... et præficimus in priorem dictæ D. D. Benignum (Lamp. fr.) professum D. Wasaliæ nunc hospitem in D. Moguntiæ, quem professum D. Erfordiæ facimus. Flores et Tos. caput. — La chronique dit qu'il ne fut prieur que 10 mois, le Sénat d'Erfurt ne voulant pas le reconnaître. Aussi le chapitre suivant l'envoya prieur à Ratisbonne.

ch. 1545. . et præficimus in priorem dictæ D. (Ratisbonæ) D. Benignum propterea a priorate D. Erfordiæ absolutum. — Flores et Tos. caput. — On peut se demander s'il est allé à Ratisbonne, car le 2e dimanche de carême 1546, étant vicaire à Bacharach, est envoyé avec deux autres à Erfurt, mais le Sénat ne voulut pas les recevoir. — D. Benigne est mort à Erfurt le 1er Janvier 1554.

ch. 1556. obiit D. Benignus monachus professus D. Wasaliæ et olim prior D. Archipolis

a Stratis, professus domus Colonie, Prior domus Aule B. M. in Buisa, hoc tempore Visitator principalis hujus provincie, vir zelotissimus erga domum Dei, omnem conatum adhibuit, quo illam Ordini recuperare posset, ea de causa Senatum per literas sepius interpellando: qui tandem anno 1545 feria V post S. Andree illi respondit, Carthusiam quidem Ordini reservari, sed tamen nolle se habere Patrem Benignum in Priorem utpote horum locorum ignarum, sed velle Fr. Martinum confirmari in regimine domus. Eumque anno 1546 Dominica 2. Quadragesime idem Venerabilis Pater Visitator huc misisset Dominum Simonem suum Procuratorem in Procuratorem hujus domus, cum Domino Benigno Priore, suo jam Vicario, et Domino Hermanno ex Priore domus Hildesii, pro capessenda denuo possessione: Senatus, instigante fratre Martino, illos noluit admittere, sed absque ullo effectu recedere debuerunt.

Quo circa Venerabilis Pater Visitator inimicam Erfurtensium videns contumaciam erga Ordinem, anno 1548 Augustae in Comitiis supplicavit Sebastiano Archi-Episcopo Moguntino ut ipse dignaretur cooperari restitutioni Carthusiae per Senatum, qui confestim (Dominica Vocem jucunditatis) promotoriales suas ad eundem destinavit, quibus ille respondit feria 2 post Sancti Viti) Carthusiam hactenus a Fratre Martino fuisse gubernatam, qui ante biennium huc missi fuerant, dixisse se ibi intromissi fuisse, equos voluisse vendere, familiamque abrogare, ne monasterio damnum accideret, ideo juste illos repulisse: quod si tales mitterentur, qui Fratri Martino cuperent parere, se illos libenter admissurum.

XXVIII. Dominus Hermannus Nesoman.

Itaque hoc ipso anno 1548 10 Septembris V. P. Visitator quinque Religiosos denuo huc allegavit, videlicet Dominum Hermannum Priorem ideo a Priorato Hildesiensi absolutum, Dominum Simonem Procuratorem utrumque olim Canonicum summe edis Magdeburgi, in artibus et jure promotum, cum tribus aliis, additis commendatitiis, quibus rogabat Senatum, ut illos benevole admitteret, et regimen domus sineret administrare. Quid hisce fatibus in via contigerit, et qualiter ad monasterium fuerint admissi, docet sequens prolixa epistola a Domino Hermanno Priore, Erfurto ad Visitatorem transmissa.

Herbipolis, hospes in d.o Erfordia. (ne mentionne pas les prieurés d'Erfurt et de Ratisbonne). — Le nécrol. d'Erfurt le note au 1.er Janvier en ces termes: « D. Benignus Lampe, prior d.i Hortæ Angelorum et ultimo vicarius huj.s d.i .» Cependant il est clair d'après les cartes du chap. qu'il a été nommé prieur par ch. 1544 et par ch. 1545 transféré à Ratisbonne. —

1545-1548. — La maison est sans Prieur. —

ch. 1545. De domo Erfordia committimus visitatori provincie quod ipse omni studio laboret ne animæ subditorum, et ipsa domus pereant, ad quod præfato visitatori nostram omnimodam damus auctoritatem. Cui visitatori solvantur 20 flor. in auro, quos mutuo dedit novo priori petenti domum Erfordiæ cum procuratore et laico. Item 20 florani solventur priori Moguntiæ, quos pro eadem causa mutuos dedit d.o D. Thauvat qui n'a pas les affaires d'argent et Florus. —

30 10 Sept. 1548-1550. ch. — D. Hermann Resoman. —

Voir ce qu'en dit la chronique et la longue lettre qu'il écrivit lui même au prieur de Bustheim. ch. 1550. Prioris d.i Erfordia ad huc magnam instantiam fit mia, et præficimus in priorem dictæ d.i D. Simonem, Brust-(Kraus) procuratorem ibidem, et prior absolutus vadat ad domum Buriæ et ibi exerceat officium vicariæ. — Il doit être la suivante:
ch. 1555. obiit D. Hermannus profes.s d.i claustri Mariæ, prior d.i in Asthaim
natus à Asthaim que depuis un an. — D'ailleurs le nécrologe ne signale
pas d'autre D. Hermann, profès d'Hildesheim. —

Salutem ac felicitatem utriusque hominis salutis loco.

Venerabilis ac honorande Pater in Christo. Quod mala nobis in itinere obviaverunt, credo quod jam ex relatu aliorum didicistis, quia fama nihil velocius. A vobis in nocte discessimus, et in nocte mansimus, sumus et manemus etc. Multa essent scribenda, sed propter debilitatem manuum non valeo: propter ea tamen quae non sunt tacenda, paucis explicabo. In vigilia Stae Crucis (14 Septembris) venimus ad hortum Christi, ibi solenniter cantavimus Vesperas. Pater Prior benigne ac humaniter nos tractavit, ipso die Stae Crucis fuit aura pluvialis, et ideo ego libenter mansissem, sed Dominus Simon Procurator meus noluit, discessimus igitur et satis feliciter venimus Norimbergam, ibi fuimus derisi, et quasi pro miraculo habiti: ivimus ad proconsulem, presentavimus literas vestras, qui nos valde benigne audivit et respondit, sed ne amplius a pueris illuderemur, jussit nos per famulum civitatis conduci ad hospitium. Eodem die sub cena misit ad nos idem Procunsul scribam civitatis, et mandavit ne crastina die (erat enim Dominica) exiremus hospitium propter pueros et alios nebulones. Eodem die, Dominica scilicet, misit ad nos Proconsul sub prandio famulum civitatis, et vocavit nos ad se dicens: Charissimi Domini vos heri scriptionem aliquam mihi tradidistis, illam ego cum quibusdam meis collegis aperui et legi, et eadem inveni quae mihi hesterna die oretenus retulistis, sed Domini mei in hoc difficultant de Carthusiam (subintellige Domum Cellae B. M.) vobis restituere, quia vester Visitator illam nominat Vestram Carthusiam, quod mei Domini non concedunt, praeterea scribit ipse, se sperare quod veram Christianam religionem iterum susceperimus: ad hoc respondemus, nos ullam aliam religionem ignorare, ea excepta quam semper observavimus. Quod vero mentionem facit de Interim, bene scimus quibus conditionibus illud susceperimus, et confidimus talibus etiam coram Caesarea Majestate illud nos tueri etc. Petiit D. Simon hoc responsum nobis dari in scriptis, sed noluerunt, quia ipse D. Simon retulit quasi summam rei, et nominavit literas vestras quas presentavit, credentiales, quod mihi multum displicuit, et ideo noluerunt ipsi responsum dare in scriptis. Sic ipse jussit nos iterum per famulos conduci ad hospitium, interrogavitque Proconsul, quando vellemus discedere, et tunc misit duos famulos, qui duxerunt nos extra civitatem, ivimusque versus Bambergam, et venimus Coburgam, ibi fuimus derisi supra modum, fecimusque ibidem

100 prandium | quo facto venerunt ad nos tres milites in hospitium, non vocati, neque cogniti, interrogantes nos quo pergitis? aut unde venitis? quibus D. Simon respondit juxta interrogata, et ipsi, nos bene scimus nôti in Carthusia Herfordensi, qui frequenter ibi fuimus, nolumus ergo a vobis recedere, sed dare vobis salvum conductum, etc. satisfecimus itaque hospiti, et ascendimus currum, tunc et ipsi ascenderunt equos, cumque venissemus extra oppidum, duxerunt nos extra viam ad sinistram, et letabantur quasi jam capta preda saltantibus equis, venientibus autem nobis ad agrum jam cultum et semi-=natum, fossisque munitum, cum non potuissemus commode venire ab agro cum curru et equis, descendit D. Simon de curru videre volens si ab agro venire possemus, fecerunt similiter et milites querentes ubi descenderent et invenientes saltaverunt cum equis ab agro, et dixerunt mihi, Domine et vos audacter cum curru et equis descendite, quia sine periculo bene potestis, et ego dixi auriga, bene prospicias primum an commode possis, dicebat autem unus militum, Domine descendite in nomine Dñi quia bene potestis et adjunxit, descendite in nomine Jesu, quia bene potestis sine periculo: aiebam igitur auriga, descende in nomine Jesu et descendimus: prefati autem milites me relicto et curru equitaverunt ad Simonem, qui illis voluit valedicere, sed unus militum preparans bombardam pulveres superinfundendo dicebat, ego tibi dabo ultimum vale, et his dictis explosit in D. Simonem, qui statim corruit. Ego mox cum curru imposito Simone redii | 101 ad hospitium in Coburg, adiique Consulem conquerens de violentia nobis ~~facta~~ illata; Princeps vero dicebat se facere velle quæ essent facienda, etc. insuper petii a Consule ut darent mihi bonum Chirurgicum, et dederunt certe bonum et expertum, mansique cum comitiva et equis apud D. Simonem 8 diebus in hospitio desiderans videre exitum, inveniens de salute: tandem videns et discens a magistro quod nullum de vita esset periculum, abii relicto D. Simone et Fratre Martino, et venimus cum magno periculo Herfordiam ipso die Sanctorum Cosme et Damiani, divertimus autem recto itinere ad Carthusiam, et ante portam reperimus coquum, qui noluit nos intromittere, dicebat enim Dominus non est Domi, appellans fratrem apostatam Dominum: rogavi iterum atque iterum ut saltem ad mediam horam nos permitteret intrare, interim vellem ingredi civitatem ad Consulem, et literas meas presentare, et sic statim cum curru et equis recedere, sed ille nebulo

noluit nos admittere, sed dicebat, exspectate parum, ego ibo ad civitatem: putabam quod iisset ad Consulem, sed ille ibat ad predicantes et congregavit magnam multitudinem puerorum ex omnibus scolis et plateis: nos exspectabamus ad horam et amplius, tandem ille nebulo venit stipatus magna caterva juvenum, dixitque sibi inhibitum esse ne nos introiremus, sic cum magna confusione iterum cogebamur currum ascendere, pueri autem precedebant et sequebantur currum clamando, vociferando, sterora et lapides jactando, tandem venimus ad hospitium Dñi Schiltdorn, ubi vix magnis precibus
102 potuimus | obtinere ut nos reciperet hospitio. Feriâ VI mane ivi ad Consulem D. Thomam Muller, et presentavi illi litteras vestras petens quo citius fieri posset, ut obtinerem responsum, et promisit, nihil tamen fuit factum, expectavi quidem per totam diem, sed frustra, propterea iterum post horam 4 feci sollicitare apud consulem pro responso, sed non accepi, dicebat enim consul nuntio, quod misisset ad reliquos Dominos de Consulatu et non fuissent in domibus suis reperti, ideo oporteret me habere patientiam usque ad feriam 2^m^ quia in festo S^ti^ Michaelis, et die dominica nemo veniret ad prætorium.

Die dominica finito sermone ad instantiam meam venit ad me Dominus Christophorus a Milwitz Consul, qui unus est illorum qui presunt Carthusiæ, cui cum exposuissem negotium meum, dixit aliter fieri non posse, quin oporteret me expectare donec Consulatus congregaretur, rogavique ipsum ut et ille bonus fautor ac mediator noster esse dignaretur, quod facere promisit. Oportebat ergo me exspectare usque ad feriam secundam, exspectavi etiam per totam feriam tertiam, sed nihil fuit mihi dictum, quod multi etiam cives mirabantur, et ego non audebam exire hospitium, semper timens ne me absente venirent nuncius bona nunciando. Tandem tædio affectus ivi ad prefatum Consulem D. Christoph. Milwitz, conquerendo de tarditate responsi, necnon de magnis expensis factis et fiendis: dicebat autem Consul, nondum accepistis responsum, et dixi: non; tum ille, hodie habebitis responsum, quia deputati sunt qui tractare debent vobiscum de negotio vestro. Cogebar iterum exspectare per totum diem sed frustra |

103 Feriâ autem quarta ivi ad Reverendum Patrem Dominum Abbatem montis S^ti^ Petri exponendo eidem totum negotium, et conquerendo de tarditate responsi, tum D. Abbas, Venerabilis Pater, ego miror cur tamen diu vos suspendunt, spero tamen quod hodie

aut eras vocabimini ad prætorium, sum enim locutus cum aliquibus de Senatu, qui adhuc sunt catholici, quod habebitis breve responsum. Eodem die vesperi° venit ad hospitium famulus civitatis missus a D. Thoma Consule, et dixit ut eras mane circa septimam vellem esse in prætorio. Apparui ibidem juxta conditum, exspectavi ad horam, tandem fui vocatus, erant autem illorum tantum tres: et dixit ad me D. Consul, Domine Pater sedete, et quod vestrum negotium, aut petitio vestra sit, dignemini meis Dominis his præsentibus manifestare. Tum ego spectabiles, prudentes, gratiosi Domini: Vestra prudentia optime, procul dubio recordabitur qualiter Clementissimus noster Dominus Archi-Episcopus et Elector Moguntinus prudenti Senatui hujus urbis Erfurd: ad instantiam nostræ Fraelatiæ et Visitatoris, Prioris Buxheimensis, propter Carthusiam hujus loci scripserit, ad cujus summe memorati nostri Clementissimi Domini literas prudentissimus Senatus responsum dedit in scriptis, quod supervacaneum duco repetere, hac tamen conditione apposita, si præfatus Prior et Visitator personas Ordinis Carthusiensis huc missurus esset, illas prudentissimus Senatus nolles excludere, sed libenter admittere, ut divinum officium iterum inchoari posset: ad quod prudentis-
104 simus | Senatus responsum ego una cum meis confratribus huc ablegatus fui cum Epistola ad prudentissimum Senatum hujus urbis Erfordiensis quam feria VI D. Consuli tradidi cum aliena petitione ut quantocyus obtinerem responsum, quod tamen hactenus impetrare non potui. Ad hæc D. Consul tale responsum dabat: Domine Pater, fatemur vos D. Consuli literas tradidisse, sed illis fidem non habemus, nescimus enim unde, vel a quo scriptæ sint, qui enim illas scripsit, nomen suum non subscripsit: deditque mihi illas inspiciendas, quibus visis cognovi quod non habeant subscriptionem, et miratus obstupui ac statim dixi; Prudentes gratiosi, clarissimi Domini, istud per errorem et non studiose factum fuit, ideo enixe rogo non graveminini hoc meum mandatum perlegere, ex ipso invenietis omnimodam concordantiam, dedique illis mandatum ac literas quibus me vocastis de Ittingen, quia illas ad manum habui. Post hæc jusserunt ut secederem: paulo post cum revocatus fuissem, dixit Dominus Consul, Domine Pater, legimus literas vestras, potest esse quod hic error non sit studiose factus: præterea vos celare nolumus, quod olim ignoti Domini ac Patres huc venerint, qui literas sigillatas, pagos, agros, prædia, ingentem quoque summam pecuniæ a monasterio et Carthusia alienarunt, unde

prudenti Senatui ceu protectori Carthusie ansa data fuit invigilande, ut damnum ulterius
105 precaveatur, ideoque duos ordinavit qui invigilent. ne proventus | male impendantur et hec
omnia in commodum monasterii et Ordinis fiunt, Senatus enim nichil omnino de bonis illius
desiderat: si vos igitur provisores Senatus pati potestis, ipsisque presentibus computum vultis
reddere, et quod frater Martinus in regimine perseveret. usque dum monasterii commoditates
dixeritis (et his similibus pluribus verbis) has conditiones si acceptare vultis, volumus vos
introducere, non tamen plures quam duos, reliquos sinite abire. Ad hec respondi, Prudentes
gratiosi Domini, quantum ad provisores nullam habeo difficultatem, illos enim bene
pati valeo eosque omni honore prosequar; quod autem Frater Martinus in regimine
debeat permanere, pati nequaquam possum, non enim est moris in Ordine nostro quod
fratres regant: ipsi enim judicare potestis, si ille esset perseveraturus in regimine, quod
nullatenus se emendaturus, sed suam malitiosam vitam, quam hactenus duxit, ulterius
continuaturus esset, videlicet in carnibus vescendis, mulieribus admittendis, etc. quod etiam
non plures quam duos admittere vultis, res est mihi intolerabilis. Ad hec Dominus Consul:
Domine Pater, non est ista nostra intentio, Frater Martinus non regnabit ut Dominus, sed
ut fidelis servus, hac in parte patientiam habere debetis, ut solummodo ad possessionem venia-
tis, postea bene ordinabitis, etc. multis blandicibus verbis: quod autem non plures quam duos
106 admittere velimus | ideo fit ne rumor aut tumultus fiat in populo dicente, quod integri
cuneus pleni monachis iterum huc mittantur, tum ego, si frater Martinus se gerere vult,
prout vestra prudentia jam dixit, facere quod mando, et omittere quod inhibeo, tum ipsum bene
pati queo, eritque mihi gratus, mallem tamen quod iterum assumeret habitum, et viveret
sub obedientia prout Deo et Ordini se voto obstrinxit. Ad hec Consul, fortasis fieri posset cum
tempore, nam pater Martinus, uti intellexi, non est male affectus erga Ordinem, solummodo
timet penam que ipsi forte infligeretur, pro eo quod Prelatis adeo fuisset contrarius. Cui
ego, si frater Martinus serio cogitat resumere habitum et vivere more Ordinis, non est
quod timeat, sed omnia illi remittentur et oblivione delebuntur, quecumque unquam
contra Ordinem et Prelatos commisit. Cumque putassem quod hoc die ipso intromittendus
essem, aiebat Consul, ~~Domine Pater nos hanc interlocutionem ulterius nostris~~ Domine Pater,
nos hanc interlocutionem ulterius nostris Dominis communicabimus, et vobis proxime

dabimus responsum. His dictis alii expectando per duas dies responsum, sed non accepi; interim quesivi multorum consilia, presertim Reverendi Patris Domini Abbatis et quasi unaniminter consuluerunt, ut acceptarem omnes eorum conditiones propter habendam possessionem. Aliqui etiam dixerunt quod propterea non dant mihi responsum, ut ille nebulo eo melius posit sibi consulere et exportare que desiderat, habet enim magnos fautores apud Consulatum.

Sabbato in ipsa Solemnitate S.P.N. Brunonis iterum fui vocatus ad pratorium, et
107 dixit Consul, Domine Pater | Fratrem Martinum huc accivimus, illeque omnibus modis uti prius ita etiamnum vult regnare, conqueritur autem quod familie 3 diebus in septimana cogatur carnes prebere, alias nullam posuit retinere: istud mihi paradoxum videbatur, ideo dicebam non esse morem in Ordine nostro: tum Dominus Consul, Domine Pater, vos debetis statum huius temporis considerare; et ego, sudentes, gratiosi Domini, si esus carnium permittatur, alterum autem non sequatur, ut mulieres sicut prius ita et postmodum monasterium ingrediantur, quod tamen Ordo noster nequaquam permittit. Ad hoc respondebat Consul, istud non fiet, et quidquid hac in parte vos gravaverit, tantum indicate provisoribus, ipsi hoc Senatui indicabunt, et statim abrogabitur, et adjunxit, venite post Primam ad Carthusiam, nam illius provisores et duo ex Senatu sunt venturi, qui vobis dabunt possessionem. His dictis redii ad Hospitium, et narravi Fratribus aliisque assidentibus sententiam Senatus, et statim dicebat Frater Marcellus, ego nolo hic solus manere sed redibo in Burciam, manete vos cum Domino Simone. Prandium autem sumpto ibam cum duobus pueris post horam primam ad Carthusiam, sed non intromittebar; portarius siquidem dicebat Dominum Vicarium abesse, ipsique ea de causa nihil imperasse: cum itaque confusus domum reverterer, sub porta civitatis occurrebant mihi ambo Senatores, quo pergerem? respondebam me ante Carthusiam fuisse, nec tamen intro-
108 = missum: venite nobiscum aiebant, bene intrabimus, sicque intromissus | fui. Ibi ego et Frater Martinus ad Cameram hospitum vocabamur, et Dominus Senator primarius incipiebat loqui, dicens: Domine Pater, ego una cum presentibus Dominis sumus huc missi a Consulatu, ut vos in hoc monasterio installemus velut Superiorem, sic tamen ut Frater Martinus maneat in regimine, et vobis atque provisoribus omnium reddat

rationem, omnia quoque necessaria, quibus indigueritis, vobis subministrat, et si quid vobis fuerit necessarium, dicite provisoribus. Cui respondens dixi: Prudentes, gratiosi Domini, taliter mihi dictum non fuit, sed quod installari deberem velut Prior et Superior et Frater Martinus esset acceptaturus expositurusque ut ante, nihilominus erga me se habiturus tanquam fidelis servus, et non velut Dominus, nihilque operaturus esset absque meo scitu et consensu. Tum Frater Martinus, istud neguaquam facio, neque sic mihi dictum fuit, quod monachis obediens esse deberem, sed quod Senatus me jusserit prestabo, nec aliud quidquam. At hec Domini dicebant: Frater Martinus, ita esse non potest, sed vos Superiores audire et pati debetis, prout nos audire et pati debemus. Tum Frater Martinus, non faciam, neque ulli monacho subditus ero, vos scitis quae mihi prescripseritis, hec observabo. Post hec ulterius loquebar, Prudentes, gratiosi Domini, vos hujus Fratris responsum audistis, taliter ego hic permanere nequeo; preterea sentio me gravatum, quod nostrum non nisi duos intromittere, et reliquos ut
109 abeant, habere | vultis, in hoc difficultant se mei confratres, qui volunt simul hic manere vel simul abire, neque enim separari cupiunt, rogo hanc meam difficultatem dignemini referre Consulatui. Feria tertia ipso die Ste Dionysii Mart. venit ad me unus de provisoribus et dixit: Pater, difficultatem vestram retuli Consulibus, et tres vestrum qui hic sunt volunt intromittere, estimo quod unus etiam puerorum sit admittendus, Senatus hodie suos iterum est missurus ad Carthusiam, una cum provisoribus, cum quibus et vos comparebitis. Veni itaque condicta hora, et iterum cum Fratre Martino ad cameram hospitum vocabar, sumebamque mecum Fratrem Marcellinum, et Henricum novitium; nobis sic congregatis dicebat unus Senatorum ad me, Domine Pater, sumus huc missi a Consulatu ut vos cum duobus Dominis, qui vobiscum sunt, in hac Carthusia installemus, duos autem pueros qui vobiscum sunt, cum auriga remittetis, et duobus Dominis, qui adhuc in via sunt scribetis ut et ipsi revertantur. Quibus dictis omnes acclamabant, proficiat, proficiat, Ego vero respondi, Clarissimi Domini, si Prior esse debeam, itaque habere debeo puerum qui mihi serviat, et quem huc et illuc mittere possim: tum illi, quod istud deberem referre ad provisores: Ulterius dicebam, moris esse ut cum alicui daretur possessio, una traderentur claves, et omnia quae in

pomo sunt: illi vero respondebant se hujus rei nullam habere commissionem; prater-
110 ea rogabam quatenus cellam Prioris possem inhabitare, quo audito | colloquebantur
cum Fratre Martino, et respondebant quod 3 aut 4 diebus deberem manere in Camera
hospitium, interim vellent cellas curare purgari et mundari. Tum itaque Prior sine jure,
sine cura, sine imperio, possessor sine possessione. Feria 4 feci purgari Ecclesiam, misique
juvenes ad hospitium ut ibi pranderent et coenarent, ac postera die redirent, sed nebulo
ille Frater Martinus prohibuit janitori ne illos intromitteret; ivi propterea ad civitatem
et invitavi duos provisores in crastinum ad prandium, et quaerebar illis quos taliter heri
ac hodie mihi cum pueris evenisset, dixique, si non possim admittere quem cupio ac
desidero, nolo hic manere; praeterea Frater Martinus agit quod sibi libet, insuper habet
quotidie in hypocausto juxta portam plures mulieres; intelligo etiam prudentem Senatum
habere complacentiam in vita et regimine Fratris Martini, quare non erit mihi hic
manendum: rogo itaque humillime, dignemini pro me apud Prudent. Senatum intercedere,
ut a debito hospitii liberari merear, simul etiam aliquid obtinere pro viatico; quando-
quidem currus et equi adhuc absunt, cum illis iterum redibo. Tum unus non Pater
sic esse non potest, vestri cum pueris mentio facta fuit, simul et inventarii faciendi:
rogo itaque dignemini vel ad modicum tempus habere patientiam, quibus ego; patien-
tia nimis multa sunt, non possum omnes concoquere. Ex praescriptis V. P. D. facile
colliget, quale gaudium ego cum fratribus habeam, melius fuisset me in Ittingen reman-
111 sisse in pace, quam cum tanto | periculo animae et corporis, nec non cum tantis sumptibus
huc pervenisse, et propterea opus erit mandato Imperiali ad Erluntenses, ut ille nebulo,
fur et latro ut expellatur, ut quemadmodum nudus intraverat, ita et nudus exeat; vel ut
mihi per Senatum tradatur secundum Ordinis statuta puniendus pro sua inobedientia.
Notum est quod omnes qui nebulonem noverunt, pessime de illo loquantur, et hoc etiam
magni Domini faciunt, Senatoribus exceptis, qui omnes de illo bene sentiunt, quia fecit
juxta Evangelium amicos de mammona iniquitatis: uni tantum brasii, alteri tantum
hordei, huic tantum avenae, illi tantum vini donat, et sic de ceteris: hisce reddit sibi Dominos
favorabiles et voluntarios, sicque nullus melius valet domesticari quam Frater Martinus:
quamvis et ipse Senatus dicat se omnia quaecumque fecisset in bonum domus et totius

Ordinis feciss[e], sed hoc Procurator non credit; si enim hac in bonam domus et Ordinis fecissent, absque dubio voluntarie monasterium et bona illius personis Ordinis resignarent, cum tales absint, adque idipsum petant; sed queruntur commodum suum. Deo quesi V. P. V. aliquod pro Ordine intendit facere, jam tempus est ut ~~fecisset~~ fiat: sin minus, tum Frater Marcellus non vult hic manere, neque ego manebo in tali periculo, sed vadam ad domum professionis mee. Dixerunt mihi magni Prelati, quod ille nebulo et apostata duos Priores et aliquot Patres veneno occidit, propterea opus est ut bene mihi prospiciam. V. P. V. cogitet de remedio. Equi cum juvene Mauritio sunt in monte S. Petri usque ad adventum
112 Domini Simonis. Hisce valeat, V. P. V. cum omnibus suis, me meosque Vestris | devotis precibus commendans. Ex Carthusia Erfordiensi in stuba hospitum Dominica die post S. Dionysii Mart. Anno 1548.

Vester totus.

F. Hermannus, Prior Carthusie Erford. sed sine regimine.

Senatus igitur instantiis Patrum satisfaciens, ejecto apostata, Carthusiam tandem plenarie restituit: quo dein sub potestate Ordinis denuo integre redacta, ut quam primum Ordinis disciplina et observantia regularis quoque pristino decori restitueretur quam integerrime et celerrime religione pariter et gerendarum rerum apprime docti, Dominus Hermannus Prior, et Dominus Simon Procurator summo studio laborarunt, cum jam domus hac ob paucitatem et defectionem personarum ad hanc diem fere 5 annis defecisset. Cumque modicam reperissent provisionem, dilapidatis scilicet omnibus ab apostata, coacti fuere, mutuos accipere 300 florenos a domo Buxiana sub pensione annua 15 fl. que tamen summa paulo post anno 1553 iterum relicta fuit. Verum dictus Prior anno 1550 iterum absolutus fuit eique in regimine successit

XXIX. Dominus Simon Kraus.

Hujus Venerabilis viri frequenter diversis in locis fit mentio, successit supra memorato Domino Hermanno authoritate Capituli anno 1550 et domum moderatus
113 est annis septem post quos translatus est anno 1557 profectus | alias domus Hildesii, et ante Procurator hujus domus: et dicit constanter predecessores nostri tradiderunt, sub hujus regimine agger circum civitatem comportari acceptus est, quo causante gravis-

31. ch. 1550-1557. ch. D. Simon Kraus. —

Comme le précédent, ancien chanoine de Magdebourg, profès d'Ad-
dersheim, le chap. gén. de 1546 approuva une seconde profession qui
venait de faire à Bersheim; D. Simon vint en sept. 1548 comme procureur
à Erfurt, et de procureur prieur au chap. de 1550. —

ch. 1551. Prior D. Erfordiæ non fit nec. Et D. Erasmus propter suæ damnata
perseverat in carcere. ch. 1552. (m. de Gumnau) absq. Andreas conversus
prof. D. Erfordiæ manet ibidem, hospes, et pacifice vivat. —

ch. 1557. Prior D. Erfordiæ fit mea . . . et prior absolutus accedat ad
priorem D. in Ittingen, visitatorem provinciæ Alamanicæ superioris,
qui

simam monasterium nostrum, quae hodie cernitur, aedificiorum ruinam et detri-
mentum irreparabile subiit: contigit ea devastatio circa annum 1550 vel circiter.

Rem refero uti ex Senatoribus civitatis hujus senioribus et civibus super hoc specialiter requisitis cognovi: retulerunt illi unanimiter incidisse hanc comportationem et aedificationem aggeris eo tempore quo Dux Brandeburgicus dioecesim Moguntinam ferro flammisque devastarit, atque hinc contigisse ut cum ejusdem Tyranni excursio Erfordiam versus nunciata fuisset, subito machinas omnes pro-
tium, quarum adminiculo terra quotidie (obtingentis operi insudantibus curribus minoribus ante se agitari solitis) subvehebatur, destructas esse. In quorum sumptus et expensas singuli cives in singulos menses, tres cum dimidio grossos contribuissent.

Jam supra tradidisse me memini quomodo annis superioribus Lyscke et pessimi tyranni et antesignani haereticae pravitatis Bohemorum, Senatus timore eorumdem monasterium nostrum muro fossaque inclusum, intra suburbium receperit, nimirum inter moenia et murum monasterii tantum spatii intercessit ut duo currus sibi invi-
cem occurrantes commode et sine impedimento potuissent transire.

114 Cum itaque in aedificatione et comportatione aggeris jam | ad monasterii ter-
minos ventum fuisset, Prior vero praelatus advertisset quod pro foribus foret periculum devastationis monasterii, Senatui sese opposuit (forte tamen indiscrete magis quam prudenter) Senatus autem instantiam et protestationem Prioris flocci pendens, in proposito suo nihilominus progressus est, et ni gravius damnum subire vellet, cella-
rum et aliorum aedificiorum structuras mature deponendas admonuit. Verumtamen hisce nihil territus Prior, quin potius Senatus conatum Imperatoris auctoritate re-
primendum suspendendumque ratus, rem totam Imperatori in propria persona re-
tulit, verum inani spe et effectu: Imperator enim etsi de domus damno doluisset, eaque indemnem cuperet: attamen quin opus hoc in communi reipublicae bonum dirigeretur, privato alicujus minime propediri debere respondit: Senatus interim Prior apud Imperatorem incassum laborante, aedificia et cellas evertit, terra, ut hodie visitur, obruit, sepelitque duplici domus dispendio et jactura, aedificiorum scilicet et suppellec-
tilis: ferunt namque in braxatorio terra obrutum cacabum priegrandem cum

qui apud te valabit collocabit. — Où et il allé au juste, nous l'ignorons mais l'année suivante il revint comme procureur à Erfort. car la ch. de 1559 .. V. D. Simon Krause ibidem (Erfordiæ) procuratorem ab officio absolvimus, et præficimus in priorem V. Misericordiæ Deiparæ Francfort, in provincia saxoniæ, adquam accedat quantocyus regrediens Florent et Sor. Capus. — A-t-il été prieur de Francfort de 1559 à 1562 et d'Olmutz de 1562 à sa mort, 23 Mars 1565. —

Ch. 1565. obiit D. Simon Krause profus V. claustri Mae prior V. in Olmutz et olim V. Erfordiæ (et V. Francofordiæ) habens missæ B. Ma par tot. ord.. — Le nécrol. d'Erfurt la note au contraire au 23 Mars : « Ven. in X^to P. D. Simon Krauss, prior V. in Olmutz, professus domorum, Hildesh. et Buxiæ, Erfordiæ procurator, nostram Francfordiæ et hujus V. priorat vigilantissimus. »

necessariis vasis, et aliis quam plurimis ejusce[m]modi domesticis instrumentis.

Hic etiam non silebo, quod sepius a referentibus Senioribus audivi, fides sit penes lectorem. Dictum Patrem Priorem quingentis imperialibus potuisse redimere damnum hoc, si eos petenti Senatui dedisset, sed noluisse. Ut ut sit, non dubito quin sé apud Cesarem inaniter sese acturum divinare potuisset, non 500 sed 1000. daleros volenti etiam animo, aere undequaque contracto, contulisset; sic quandoque bonus etiam dormitat Homerus. Sed reliqua sub hujus regimine gesta referamus. |

115 Anno 1550 Venerabilis Pater Visitator supplicavit Carolo V Imperatori pro restitutione pagi Rinckleben, aliorumque censuum in ditione Vinariensi ablatorum: ad hasce supplicas Imperator Johanni Wilhelmo et Johanni Friderico, Ducibus Saxon. imperavit ut omnia redderent, de hactenus etiam perceptis satisfaciendo juxta Concordatae anno 1548 in comitiis Augustanis: verumtamen Duces hoc mandatum surda aure exceperunt penitus non parentes.

Anno sequenti Johannes Fridericus, dictus Medius, dux Saxon: ad instantiam R.D. Johannis, Abbatis Petrensis, omnibus Ecclesiasticis et religiosis hujus urbis census et reditus illorum restituit in suo Ducatu, solis Carthusiensibus exceptis. Quocirca hoc ipso anno 1 Julii Venerabilis Pater Theodoricus Loherius, Visitator mediatores imploravit, qui propter nostram quoque restitutionem Ducem convenirent: Videlicet R. D. Johannem Specht, Abbatem montis S. Petri, Dominum Henricum Nach, Consulem, et Dominos Senatores Christophorum a Milwitz ac Johannem Knorr, provisores hujus domus: Sed cum isti nihil possent efficere, denuo 10 Julii Cesaris auxilium imploravit, qui Illustrissimum Principem Melchiorem, Episcopum Herbipolensem Commissarium deputavit, ut ipse per suos consiliarios causam nostram apud Johannem Fridericum Medium, et Johannem Wilhelmum Juniorem Saxon: Duces promoveret, sed hic commissionem oblatam acceptare recusavit se excusando, quod ad instans Concilium Tridentinum deberet proficisci, et praestantiores suos consiliarios secum assumere, licet in Concilio non comparuerit. Haec eadem delegatio anno sequenti 9 Januarii eidem denuo a Cesare oblata, similiter ab ipso fuit repudiata.

116 Tandem 21 Decembri hujus anni, Johannes Fridericus Medius | Dux Saxon: et

Elector, patre suo in vinculis detento a Cæsare, suo, fratrumque suorum nomine propter ulteriorem instantiam Abbatis S. Petri, sequentibus conditionibus voluit reddere bona nobis ablata, ut 1°. censibus omnibus præter pagum Rinckleben frueremur 2°. fructus hactenus percepti uti et restantes Duci remanerent. 3. loco Rinckleben ad sexennium annue haberemus 4 maldra siliginis, totidemque hordei et avenæ, 60 ligaturas vinium, 5 plaustra fœni, quæ omnia debitis temporibus a rusticis in monasterium vehi deberent: sexennio hoc evoluto novus iniretur contractus. 4. Si infra hoc tempus a nobis fieret venditio aut commutatio pagi, Duces primas haberent.

Denique Dux se obtulit, quod propriis sumptibus literas quasdam originales bonorum Carthusiæ divenditas eidem vellet recuperare. Sed cum hæc conditiones nimis duræ viderentur, et de illarum firmitate et observantia maxime dubitaretur Venerabilis Pater Visitator illas noluit acceptare. Hoc quoque anno 15 Julii Carolus V Imperator cuidam a suo satellitio, Urbano Wigel dicto, gratiose indulsit, quod fieret domus nostræ prebendarius, cum in finem mandato ad nos directo, ut illum gratis suscipientes quoad viveret aleremus; quod cum nimis molestum nobis esset futurum, Venerabilis Pater Visitator grave hoc onus a Cæsare deprecatus fuit, et obtinuit anno 1552 9 Januarii ita ut ne ullus quidem post hac ad domos Ordinis nostri mittendus foret, maxime propter abstinentiam a ~~carnibus~~ vinibus carnibus, et alia quædam incommoda.

117 Anno 1553 Prior memoratus supplicavit Cæsari pro alio commissario in locum Episcopi Herbipolensis designando, qui nominavit Dominum Henricum Ducem Brunsvicensem: hic sæpius benevole Duces ad restitutionem exhortatus fuit, quamvis ipsi variis diverticulis callisque semper excusationibus illam recusarint: cumque experiretur se talibus nihil proficere, anno 1556 6 Januarii Duces citavit ut per suos plenipotentiarios 26 Februarii comparerent in Gandersheusen quatenus a suis deputatis tandem hæc controversia pacifice componeretur: sed Duces suos noluerunt mittere excusantes se quod vigore conventionis Passavica ad nullam amplius restitutionem tenerentur: sicque hoc delegatis etiam in vanum

abiit. Anno 1555 Prior Michaeli Episcopo Moseburgensi 800 flor. exposuit pro annuo censu 40 fl. qua summa anno 1590 restituta fuit. Anno 1557 Idem Prior contra Duces Saxon: propter ablatum pagum Rinckleben, prædium Goltpach et census in Brembach etc. cepit querulari in camera Spirensi, illosque ad jus provocare: Veruntamen anno 1561 5 Septembris Duces a lite fuerunt absoluti compensatis utrimque expensis, cum propter interventam transactionem Passauicam, tum quia processus iste cum debitis requisitis non fuerat inchoatus.

Tandem hoc ipso anno sepius memoratus Prior per chartam fuit absolutus, missusque hospitatum Ittingam, unde anno sequenti reversus, denuo egit procuratorem, quoad anno 1559 auctoritate Capituli officium Prioris subiret in domo
118 Misericordiæ Dei prope Francofurtum ad Oderam | provinciæ Saxoniæ, et paulo post in domo Olmucensi, in qua anno 1565 e vivis excessit.

XXX. Dominus Jacobus Erbes.

Patria Campensis, primum professus domus Moguntinæ, deinde in Tuckelhausen, ac postmodum Prior ibidem, hoc anno 1557 a Prioratu domus suæ professionis absolutus, per chartam institutus fuit Prior hujus domus. Anno regiminis ejus 2 videlicet 1558 satrapa Chranichfeldensis ab hac domo voluit habere pretium bonorum nostrorum in Richheim, utque pro 100 fl. dimidium ad exactionem turcicam penderemus. Sed et eodem anno 5 Septembris Ferdinandus I Imperator ad instantiam Domini Matthiæ Prioris in Grunau mandavit Comiti in Wertheim ut domum Grunacensem restitueret, quod mandatum anno sequenti 19 Maii iteratum fuit, quamvis nihil effectum, adeo ut anno 1574 14 Januarii Venerabilis Pater Georgius Zentgraff, Prior hujus domus et Visitator coactus fuerit a Daniele Archiepiscopo Moguntino intercessionales petere ad Ludovicum Comitem a Stolberg et Königstein, invasorem hujus domus, quatenus pacifice cum illo posset transigere.

Porro dictus Pater anno 1559 a suo officio per Visitatores depositus, reversusque in Tuckelhausen, anno hoc modum 1568 obiit.

32. ch. 1557 – 1559, post ch. — D. Jacques Erbes. —

ch. 1557. . at professionem dicte d. (Erfordie) D. Jacobum, propt. eam a prioratu d. Luckelhausen, absolutum. ch. 1559. Prior d. Erfordie non fit mira, quam hortamur ut, pro dei honore et obedientie merito, ad domum sibi creditam revertatur. d. chanvet et Flores. — Il en avait assez et était probablement retourné à Luckelhausen. — Dans la visite qui fut faite avant la fin de 1559, les visiteurs lui firent miséricorde. —

ch. 1560. (in d. Luckelhausen) et D. Jacobus prior absolutus a domo Erfordie et ad hospitatum ad domum in Ilmbach. — ch. 1562. (in d. Luckelhausen) et D. Jacobus olim prior in Erfordia tamen ad ordinem propter suam rebellionem et inobedientiam ad ordinis voluntatem. N'avait sans doute pas voulu rester à Ilmbach. —

ob. ut 10 nov. 1567. —

ch. 1568. . ob. ut D. Jacobus Erpensis (Erbes) prof. in d. Moguntine, d. in Luckelhausen et ibidem vicarius et olim prior d. Erfordie. (at Luckelhausen 1554-1557 ch.) —

nonol. Erfordie: „10 nov. ob. ut D. Jacobus Erbe prof. d. Moguntine, d. in Luckelhausen et ib. d. am prior nonus hujus d. prior. „ —

XXXI. Dominus Henricus Kempt.

Professus domus Bruxellæ, Domino Jacobo per Visitatores absoluto ab iisdem huius[e] domui præfectus fuit, et [illegible] anno 1562 apud Imperatorem Maximilianum
119 institit pro restitutione | bonorum ablatorum, nihil tamen obtinere potuit, cumque annis prope 4 domui præfuisset, iterum fuit absolutus. Anno 1563. Denique humana reliquit Vicarius Herbipoli existens, Anno 1566, cum prius domum Ilembacensem Prior gubernasset.

XXXII. Dominus Thomas Breckaw.

Fuit patria Brandenburgensis, inhabitatus anno 1563 mortuus in Priòratu anno 1566 8 Calendarii[as] Januarii, sepultus in claustro, antea Prior in Ilenbach. Ipse præside primo anno Senatus iterum cœpit infestare Carthusiam: missis siquidem 16 Martii Senatoribus quibusdam ad monasterium, voluit ut illos Prior agnosceret veluti provisores domus, ipsisque concederet omnimodam administrationem et ut ab iisdem omnia in illa detenta registrarentur; deinde ut hæc domus æque ac cives tributa (das Wegeldt) persolveret; quod cum Prior absque scitu Ordinarii et Visitatorum se facere non posse prætendisset, Senatus eadem die ante utramque portam monasterii vectes collocari fecit, ut nemo invehi aut evehi posset; eumque die postera (F. Andrea ad Visitatorem emisso pro illius consilio capiendo Prior pro vectibus amovendis usque ad adventum Visitatoris Senatui supplicasset, ipse talibus nil motus, 3 quoque die circa 4 vespertinam viam nobis per hortum nucum ad civitatem avulsis sepis veteribus ab ostiis ambitûs ejusm Grimnich, novisque repositis obstruxit. Deinde nocte post Dominicam Palmarum circa 2 cum esse equos domus in molendino nostro cognovisset, ante illud similiter in quinque locis vectes collocari curavit, ut tam nostrûs quam molitoris equis vetaretur egressus, non obstantibus pistorum aliorumque ibidem molentium equis, dicente Senatu
120 damnum omne | quod passuri essent a nobis refundendum iri, et hi vectes 14 diebus inibi permanserunt. Absque his minatus est famulis nostris carcerem ut ausi non fuerint egredi ad civitatem, quin etiam victore nostro incarcerato, pistorem adeo severe tractavit, ut paucis post diebus obierit. Videns ergo Prior alius medium non subesse, præsertim F. Andrea nimis diu emanente, suadentibus Vicedomino, et officialibus Moguntinis, nec non

33. sam oct post ch. 1559 – 1563 D. Henri Kermpt. –

ch. 1560. Prior d. Erfordiæ non fit mia, cujus institutionem approbamus, et justa cartam, visitatorem, sit sollicitus colligere aptas personas ad ordinem nostrum, et domum ipsam conservandam. ch. 1561. Prior d. Erfordiæ non fit mia. Et hortamur conventuales ut malevis soleto reverenter et obediant priori suo, aliquin pœnas statutorum non evadent. D. Andreas Sidam professus habeat patientiam in petitione sua. – D. Chauvat et Flores. – ch. 1562. Prior d. Erfordiæ non fit mia. et laudamus et confirmamus ordinationem visitatorum de duplici anniversario simul in hebdomada imponendo. La chronique dit que D. Henri fut remplacé en 1563, sans préciser l'époque. Il est avant ou après le chapitre. Je serais porté à croire qu'il est avant le chapitre, car au ~~chapitre de 1563~~ ch. 1563. Prior d. Erfordiæ non fit mia, quam hortamur in Domino et equanimiter (et patienter) ferat adversa hujus temporis et malorum hominum, nihil tamen patiatur alienari de hæreditate Domini et patrimonio ecclesiæ. Et D. Jacobus ad suam magnam instantiam, revocatur ad domum suæ professionis Bruxellæ, nec moras faciat in itinere. Il y avait dans la ch. de 1561. (d. d. Buxius) et D. Jacobus prof. Bruxellæ vocatur hospitatum ad domum Erfordiæ. –

ch. 1566. obiit. D. Henricus Hampt (Kermpt. Flores) prof. d. Bruxellæ, hospes et vicarius in d. Harlipolensi, et olim prior domorum Erfordiæ et Hombach. et répété dans la ch. de 1567.

34. 1563 – 1566, 25 Déc. – D. Thomas Breckaw. –

D. Thomas est profès de la maison, était novice en 1557, d'après la chronologie de D. Jean Lothay. – On trouve son nom comme prieur dans trois actes des archives, vendredi après 28 oct. 1563, 1566 et 1564, 1er Mai, et avait Treckaes. – Voir mon inventaire nos 605. 607 et 609. –

ch. 1564. Prior d. Erfordiæ non fit mia. Et quamprimum fieri poterit visitetur dicta d. per ordinarios visitatores; et dictus prior diligenter et vacuiter informet visitatores super utroque statu d., et restituat visitatori expensas rationabiles dictæ d. festas, alias ordo providebit. – ch. 1565. Prior d. Erfordiæ non fit mia.

Domino Johanne Thymen, Syndico nostro consensit in admissionem provisorum, reservata tamen sibi administratione domus, quo facto rectes amoti et ambo provisores ad nos ingressi, Priori omnem operam et protectionem publicati fuere.

Interim vero Pater Dominus Matthias de Monte, Prior domus in Grunau et Visitator ab Imperiali Camera Spirensi 30 April. mandatum poenale contra Senatum obtinuit, quo eidem sub poena 20 marcarum auri amotio rectuum et permissio liberi ingressus ac egressus demandata fuit; neu quoris modo consentire voluit in administrationem provisorum contrariam juribus et privilegiis Ordinis.

XXXIII. Dominus Jacobus Haill.

Venerabilis hic Pater anno 1563 ex Rectore domus in Ostheim, auctoritate Capituli praefectus in Priorem domus Herbipolensis et Corrisitatorem, sed biennio post iterum absolutus defuncto Patre Thoma, institutus est in Priorem hujus domus, anno 1567 quo Georgius Comes in Gleichen voluit ab eodem habere designationem omnium
121 bonorum nostrorum sub sua ditione positorum, utque | de 100 fl. secundum aestimationem pretii medium tribueret pro exactione Turcica: atque ex hoc tempore coepimus dare steuras ex bonis nostris Tonnensibus alias omnino liberis. Ipso anno fuerunt hac in Urbe celebrata Comitia occasione quorum controversiae inter nos et Nobilem Dominum Justum Henricum a Schweichelt, a delegatis Electoris Saxon. fuerunt compositae, ita quod ipse nobilis propter mansum nostrum in Tuntzenhausen emphiteutice usurpatum ex quo per octennium nullum censum praebuerat, posthac quotannis daret duo maldra frumenti, et loco 18 maldrorum debitorum 40 daleros. Anno 1571 cum ad hanc urbem missi fuissent Commissarii a Caesare Maximiliano, qui Saxoniam inter geminos fratres dividerent, Prior hanc occasionem nactus apud eundem instituit ne pagus noster Rinckleben et praedium in Goltzpach venirent in sortem divisionis, et felices obtinuit a Caesare sed infelici successu, Ducibus reclamantibus se dicta bona non solum vigore transactionis Passauicae, sed etiam sententia a Camera Spirensi pro se lata obtinuisse.

Anno sequenti 13 Novembris Henricus Comes de Reussen, dictus Medicus, Secretario suo Henrico Francken, inter alia feuda eidem collata, jus quoque pascuandi in nostro ligneto indulsit, quod aegre ferentes saepius contradiximus, voluntamen invite tandem condesce

ch. 1566. Priori Ste Erfordiæ non fit mia; et secundum cartam et dictamen visitatorum, satagat se et suos subditos regulare. Hacq. et chauv. Flores: « ... satagat se cum suis subditis regulare. » Le mon. S. a: « 25 Aug. obiit D. Thomas Birkard prior hujus S. —

ch. 1567. obiit D. Thomas prior S. Erfordiæ et dim. prior S. Ulrici.

35. ante ch. 1567–1573. ch. — D. Jacques Heil. —

Rien ne dit de quelle maison il était profès. — Il est à Erfurt en 1553 comme simple religieux sous le nom de D. Jacobus Heyl; y est sacristain en 1557, et est ecrit Heyl — Le dimanche avant St Denis (9 oct.) 1559, le prieur d'Erfort nomme procureur D. Jacques Heyl alors sacristain. tout cela me porte à croire qu'il était profès d'Erfurt. — nommé Recteur d'Aschaffenb. après le 23 juin 1561 à 1563 au chap. prieur de Wurzbourg, où il n'est plus au chap. de 1565, puisqu'il y a un recteur à Wurzbourg. — Fut nommé prieur d'Erfurt par les visiteurs au commencement de 1567. —

ch. 1567. Priori S. Erfordiæ non fit mia, cujus institutionem approbamus, quam in domino exhortamur ut juxta commissionem visitatorum et carta strenue insistat pro recuperatione censuum ablatorum. —

ch. 1568. Priori S. Erfordiæ non fit mia; quem hortamur in domino ut pro sibi indita prudentia studeat ablata a domo sibi credita recuperare, ad quod faciendum et executioni mandandum, concedimus et impertimur illi auctoritatem nostram, sive per viam pacis, sive juris, prout sibi ad partem committetur. — ch. 1569 ad 1570. Priori S. Erfordiæ non fit mia.

ch. 1571. Priori S. Erfordiæ non fit mia. — ch. 1572. Priori S. Erfordiæ non fit mia. Et visitatores ipsa S. per eosdem commissarios capituli generalis complana auctoritate ~~capituli generalis~~. Et D. Rolandus ibidem hospes habeat patientiam in petitione sua. ch. 1573. Priori S. Erfordiæ fit mia. et nommé prieur à Lucellhausen. — « D. Jacques Heil prieur à Lucellhausen, mort à Wurtzbourg le 23 janvier 1574, a été enterré dans la vestibule de l'hôtel de St Tèroma à l'entrée de l'église (de la chartreuse). » Ulrich. Histoire de Wurzbourg

debuimus, ita tamen quod ipse et haeredes illius ac successores ultra 5 vaccas non possint
minare, et sint obstricti proprium bubulcum constituere qui nostra etiam pecora gratis
122 pascat: sic concordatum anno 1612 17 Julii |. Demum praefatus Prior anno 1573 rursus
per chartam absolutus, domui in Tuckelhausen praefectus fuit. Priore illius domus ad
hanc translato, ubi anno sequenti diem suum obiit.

XXXIV. Dominus Georgius Zentgraff.

Dictus der brüllenthalder professus domus de Paulari provinciae Castellae, anno
praecedenti auctoritate Capituli designatus Prior in Tuckelhausen, hoc ipso anno 1573
per commutationem hujus domus curam suscepit, indefesse solicitando Augustum Electorem
Saxon: pro recuperandis censibus in Brembach et Obringen nuper rursus ablatis, qui
tandem, post multas instantias anno 1575 27 Februarii obtinuit, quod nobiles Domini
Ericus Volemarus a Berlepshausen supremus Thuringiae Capitaneus et Theodoricus a
Marchalck Commissarii nominarentur a quibus causa nostra dijudicaretur; interim
ipse hoc eodem anno absolutus per chartam praefecitur domui S. Johannis Baptistae in
Seitz provinciae Allemaniae Superioris, in qua paulo post 19 Sept. vitam cum morte
commutavit.

XXXV. Dominus Joannes Rolandus.

Origine Flander, professus domus Bruxellae a Capitulo generali hujus domus
instituitus est Prior ex Vicario. Anno 1575 antea Prior domorum Bruxellae et in Illembach
123 ita ex Chartis Capituli, manuscriptis autem de habentibus ipsum ex priore in Buxheim
Buxheim ob culpam quam contraxerat ibi-
dem absolutum, pro poena domus hujus institutum fuisse Priorem: Unde intelligas,
quam laboriosus, lamentabilis, et difficilis domus hujus status fuerit.

Ipse aedificavit in molendino hypocaustum aestivum pro patribus ea concedentibus
in minutionibus, et anno 1579 vendidit 7 agros vineti in Bischofsleben pro quibus
comparavit 6 agros arabiles ante portam S. Thomae Unterm steiger.

Anno altero sui regiminis 26 Novemb. indicta fuit dies Vinariam ut ibi per
Commissarios sub praecedenti Priore ab Augusto Electore nominatos, lis inter nos et regi-
-men Vinariense propter restitutionem dictorum censuum componeretur: comparuerunt
ex parte hujus domus Dominus Valentinus Seidell, Praetor hujusmodi et Dominus Wilhelmus

Une liste des prieurs de Luckelhausen dit : 11 obiit 1576, 15 Januarii Harbipoli, ibidem in gallilea est sepultus. » Il vaut mieux s'en tenir au nécrol. de Würzbourg, où il est mort ch. 1574. obiit D. Jacobus Hoyel (d'Hoyat) prior d. in Luckelhausen et olim prior domorum in Asthaim, Harbipoli et Erfordiæ. —

36. ch. 1573-1575. ch. D. Georges Zentgraff.—

Profès de Paular en Espagne, fut nommé prieur de Luckelhausen au chap. de 1572. ch. 1573 Priori d. Erfordiæ fit mia, et præficimus in priorem dictæ d. D. Georgium præfatum et prioratu d. in Luckelhausen absolutum.
ch. 1574. Priori d. Erfordiæ non fit mia. (in d. Busca) et D. Michael ibidem hospes vocat hospitatum ad domum Erfordiæ, ch. 1575. Priori d. Erfordiæ fit mia, et præficimus in priorem dictæ d. D. Joannem Rolandum, vicarium ejusdem d. : et prior absolutus accedat ad provincialem Alemaniæ superioris, quem præficimus priorem d. in Veitz in Sclavonia ; et ad restitutionem dictæ d. et aliorum atque provinciam ipsam regendam, juvet visitatorem. Et D. Michael ibidem hospes, professus Harbipoli, accedat cum prædicto Priore ad visitatorem provinciæ, qui cum collocabit in domo Veitz. Et D. Joannes ibidem professus vocat hospitatum ad domum in Asthaim. (ind. Allthaim) et D. Joannes Ildeschmiz, hospes ibidem, vocat hospitatum ad domum Erfordiæ.
ch. 1576. obiit D. Georgius Zentgraff prior d. in Veitz et olim prior domorum Erfordiæ et Luckelhausen, co-visitator prov.ae Alem.ae superioris (alias visitator prov.ae Alem.ae Inferioris), habens mitt. de B.a M.a per tot. ov. et plen. cum ps. monach. in provinciis Hispaniæ et 7 prov.ae Alemaniæ. et obiit 19 sept. Sanctator etc... Lancerad. d'Erfurt là aussi au 19 sept. — A été 1.er visiteur de l'Allemagne Inférieure 1573-1575.

37. ch. 1575-1585, 14/16 nov. — D. Jean Roland. —

Profès et vicaire à Bruxelles, au chap. de 1559 ex vicario Ratisbonæ fit prior Buscia, où il est encore le 5 juin 1564, d'après un document de Nordlingen. fut ensuite prieur à Ilmbach. — Au chap. de 1572 D. Rolandus (a dû être élu) est hôte à Erfurt, ensuite au chap. de 1575 ex vicario Erfordiæ fit ipsum d. prior, comme le dit la carte du chapitre cité plus haut. —

Bockens, J.V. Licent. sed nihil effecerunt; quinimo aliquot annis postea videlicet 1584 4 Sept. dictum regimen Vinariense, ut Priorem terreret a frequenti sua sollicitatione, mandatum illi misit, quo fructus ab anno 1567 usque 1573 ex censibus in Bremberg et Obrigen perceptos voluit restitui, vel loco illorum 3 969 fl. numerari, alias severissima executione puniendum iri.

Ipso anno 1584 Reverend. Dominus Joannes Hammiltonius, Abbas Scotorum hac in urbe, nobis condonavit censum annuum 4 solidorum et 2 pullorum, quem illi debebamus propter fundum superius anno 1391 concessum, modo in vallum civitatis conversum.

Tandem praefatus Prior plenus dierum obiit podagra enutus anno 1585. aetatis suae 66. 16 Calend. Decemb. sepultus in minori claustro prope altare Beatae Mariae Magdalenae, ubi ejus lapis sepulchralis demonstrat.

Quo defuncto Venerandi Patres Visitatores, Dominus Casparus Scleidener et Dominus Joannes Hauptius, Priores Domorum Buxiae et in Ostheim per literas a regimine Vinariensi petierunt finale responsum propter census allatos; sed tantum abfuit quod moram gesserit, ut etiam anno sequenti 6 Januarii loco responsi domini minatum fuerit executionem nisi census perceptos ut supra restituerent. Quocirca Visitatores viam amicabilis compositionis penitus occlusam animadvertentes, ipso anno 15 Novemb. miserunt requisitionem per notarium et testes ad Ducem Fridericum Wilhelmum, vocantes juxta stylum juris Saxonici tres Principes Imperii 12 milliaribus ab invicem non sepositos ab illo designari, e quibus judicem litis hujus eligere possent: sed cum ipse notarium et testes absque ullo responso repulisset, dicti Visitatores anno 1587 processum contra Duces in Camera Spirensi inchoarunt.

XXXVI. Dominus Joannes Schöttel, rector.

Devotus hic Pater professus domus S. Viti prope Ratisbonam post obitum Domini Joannis Rolandi a Visitatoribus institutus fuit in Rectorem hujus domus, qui vix gubernationem cum adiisset, intervenientе mortem Prioris suae domus professionis, a comprofessis canonice electus Prior, hinc eodem revocatus fuit.

XXXVII Dominus Sebastianus Piscator.

Venerabilis hic Pater religione et pietate insignis, atque in re domestica satis

ch. 1576. (In dc Luckelhausen) ad D. Joannes, prof.us D. Busicæ, ibidem hospes, vadat hospitatum ad domum Erfordiæ, et studeat pacifice et religiose vivere cum priore et conventu, alias ordo providebit. — ch. 1577. Prior D. Erfordiæ non fit mea, quem rogamus in Domino et monachus et propagationem domus suscipiendo et educando personas ordinis sollicite curet, prodivini cultus observatione; ei etiam injungimus ut singulis annis, conventu, presente altero visitatorum, justam et legitimam de sua administratione rationem. D. Chaudelong.
ch. 1578. Prior D. Erfordiæ non fit mea; et super his quæ scribit de visitationibus fiendis de triennio in triennium, volumus et concilium tridentinum, et statuta ordinis de visitationibus fiendis de biennio in biennium observentur. —
ch. 1579. Prior D. Erfordiæ non fit mea. D. Joannem, Philosophum, sacræ monachum et studeat exemplariter, pacifice et religiose vivere, alias sanctæ visitationis virgam. Committimus visitatoribus et providendum dictæ domui de pluribus personis ordinis. — Flores et D. Chaudelong. ch. 1580. Prior D. Erfordiæ non fit mea, ejus senio compatientes, mittimus ei in adjutorium D. Adrianum, hospitem in Luckelhausen, professum D. Capellæ, quem in procuratorem constituimus.

D. Joan Roland est mort en charge le 14 nov. 1585, selon D. Arnoldi, le 16 nov. selon D. Joan Lottey. — Mon extrait de nécrol. ne l'a pas. — Le copiste laissera passer.

ch. 1586. obiit D. Joannes Roland ut prof.us D. Bruxellæ, prior D. Erfordiæ, alias prior domorum Busicæ et Ilmbach. —

38. fin 1585 - 1586. février ou Mars. D. Georges Schöttel. —

D. Georges, et non D. Jean, profès de Ratisbonne, nommé Recteur d'Erfurt par les visiteurs et non par le chapitre, ne fit qu'y passer, car le prieur de Ratisbonne étant mort le 22 janvier 1586, D. Georges fut peu après élu prieur de sa maison de profession jusqu'au chap. de 1589, qui le nomma prieur de Gaming, disposition qui n'eut pas d'effet. —

ch. 1598. obiit D. Georgius Schoetalius (et Scotalius) prof.us et olim prior D. Ratisbonæ, hospes in dc Smals. (alias Rector D. Erfordiæ). — Ut répété dans la ch. de 1600. —

industrius et fidelis, natione Thuringus patria Salzensis, magno semper apud Sena-
125 tum favore et gratia valebat | post revocationem D. Joannis Schottels praedecessoris
sui a Patribus Visitatoribus provinciae, Domino Johanne Hauptio, et Nicolao Comitio,
ex Procuratore domus Cellae Salutis, cujus professus fuerat, in Rectorem super annum
institutus, anno sequenti a Capitulo generali in Priorem declaratus et confirmatus
est anno 1586.

Domum itaque sibi commissam bene dextre administravit, computa accurate
reddidit, et multa adversa toleravit, ut ex sequentibus liquet. Anno 1587 29 Aprilis
cum ad villam Kirchheimensem pro inspectione quorundam reparandorum circa
alveum praefluentis aquae propter incommoditatem deambulandi ob malam auram.
Comitibus Ludolpho Scriba, Valentino famulo utroque indigena hujus urbis, et Melchiore
Pfaff, cive Salzensi, in rheda vectus fuisset ab equis villici (nostris in servitio Domini
Doct. Wilhelmi Vachaei, hujus domus Syndici occupatis;) expeditisque omnibus circa
tertiam post meridiem, sumpta refectione ex carpione et laguncula vini una advectis
cum sociis non nihil se recreasset usque ad quintam circiter, jamque essent in reditu,
via jactis lapidis a pago Melchiorem necessitas naturae invasit, adquam commodius red-
dendam cum auriga et equis substitisset, quo melius a curru posset descendere; ille
subito in latere dextro tactus apoplexia, et lapsus e rheda corruit: cumque a famulis
confestim post illum descensis iterum in rhedam sublevatus fuisset, adhuc quidem vivebat,
sed sensibus et ratione captus, paulo post in curru repente obiit. Prior nihilominus itinere
coepto progressus cum cadavere, et sub noctem per portam civitatis introiisset, illud ad
126 domum | hortulani reposuit, quoad triduo post in parochia S. Thomae terrae mandaretur.

Tragicus hic actus ubi innotuit, magnas turbas excitavit: ministri namque
publici commeatus, et questor in Ichters hausen instantissime a Senatu voluerunt
cadaver cum curru et equis ad locum ubi exciderat, redire, quibus ille vigore convenda-
torum nolebat acquiescere: deinde nitebantur sibi arrogare jus inspectionis cada-
veris et cicatricum (cum tamen praeter paralisin aliud in eo mortis signum non
apparuisset) quod Senatus etiam noluit permittere. Cumque nihil evincere potuis-
sent apud Senatum siluerunt, quoad 23 Maii famuli nostri e sylva in villam Richei-

39. 1586-1594. Mars. D. Sebastien Piscator. (Fischer). —

fit profession à Luckelhausen le 26 juin 1575, et en était procureur quand il fut nommé Recteur d'Erfurt par les visiteurs en 1586, je ne sais à quel moment. Flores n'a pas les dispositions des chap. 1586 et 1587.

ch. 1588. Rectoratum Erfordiæ instituimus in priorem dictæ d., illum rog. -antes et monentes in domino, ut visitator agat et laboret pro conservatione et recuperatione bonorum dictæ d., in quo maxime confugiat ad visitatoris provinciæ consilia. — Flores et D. Chauvet. —

ch. 1591. Priori d. Erfordiæ non fit mira, qui diligentiori cura et frugaliori administratione curetur illam domum olim, nunc autem in dies deficientem, paulatim erigere; propterea frugalem atque sedulum sibi familiam adiscat, et ab alienis negotiis et curis, quantum fieri potest, expediat, proprius plus satis gravatas: usque visitatores invigilant. Flores. —

Le prieur de Luckelhausen, D. Nicolas Comitius, étant mort le 8 février 1594, D. Sébastien fut peu après élu prieur de la maison de profession jusqu'en 1600 au chap. — transféré à Ilmbach ch. 1600-1609 ch. —

ch. 1611. obiit D. Sebastianus Piscator prof^us et procurator d. in Luckelhausen, alias prior ejusdem d. et domorum in Ilmbach et Erfordia.

La liste des prieurs de Luckelh. dit qu'il est mort le 5 Avril: mais la lettre religieuse fit, le 10 mai 1610. —

mensem ligna evexissent, ibi namque ambo ministri praefati cum duobus civibus
hujus urbis ex insidiis subito prolapsi, 4 equis nostris a curru solutis sub meri-
=diem in via inter pagum et sylvam nostram, illos Weimariam abduxerunt, exinde
per famulum nobis renuntiantes, haec in ultionem perpetrati homicidii facta fuisse,
utque Abbatem S. Petri moneremus, quod sibi caveret, ne eadem pateretur. Porro Prior
confestim die altera per supplicam a Duce petebat causam scire equorum ablatorum
cumque ille ipso die Dresdam ad solemnitatem baptismalem, atque inde Naumburgum
ad Conventum Electorum abivisset, responsum obtinere non potuit, quoad 21 Junii Consi-
=liarii ejusdem respondissent, equos ideo ablatos, quia Prior hominem ex ebrietate
collapsum et mortuum e via regia illicite sustulisset, nec illos se remissuros, donec
127 per illum | Satrapiae in Ichtershausen fuisset satisfactum. Itaque Prior hisce in
angustiis constitutus, Senatum hujus urbis imploravit pro auxilio, qui nostra
in suam tutelam recepta, causam illius egit apud Ducem, eo quod defunctus iste
a civibus suis sublatus, et ab equis sui subditi in urbem invectus fuisset in quos
ipse Dux juxta concordata nullum jus haberet. Tandem post trinam Senatus inter-
=cessionem Prior ultima Julii equos recepit inedia nimiisque laboribus exhaustos
et defatigatos; quibus receptis Provocatus Comitum a Reussem in Camera Spirensi
actionem produxit contra Ducem Vinarien: eo quod ministri ejus auferendo equos
e dominio Comitum, jus territoriale ipsorum laesissent, petitaque vice illorum vio-
=lati juris satisfactionem. Hoc ipso anno 1 Junii Fridericus Mühlpforbt, quaestor
in Ichtershausen, auctor superiorum tragediae, aliam exorsus fuit occasionem prati
cujusdam a nobis hactenus quiete possessi in agro Kircheimensi, quod ipse ad agrum
et districtum Lisleibiensem trahere, et sterris subjicere nitebatur, quas cum Prior dare
renueret ipse violenter foenum a pratis abduxit. Denique lis ad Fridericum Wilhel-
=mum Ducem Vinarien: devenit, et quamvis Senatus Priorem conaretur protegere,
ne jurisdictio ejusdem in agro Kircheimensi minueretur, post diuturnam alter-
=cationem nihil tamen obtinere potuit, proinde in hodiernum usque diem haec
domus tributa cogitur solvere ex prato isto Ducis Gothorum. |

128 1 Novemb. ejusdem anni, Senatus omnibus Ecclesiasticis et religiosis hujus urbis

census in suo territorio inhibuit quoad singuli tradidissent designationem omnium suorum reddituum ac censuum, quo facto 25 Nov. arrestum relaxavit.

Anno 1588. 15 Januarii Visitatoribus hanc domum Venerabili Patre Joanne Hauptio, Priore in Ostheim, Visitatore, cum Patre Joanne Molitore, Procuratore domus Hercipolensis, fuerunt in ea 5 religiosi, e quibus 4 presbyteri, unus professus: habuitque domus in proventibus annuis 67 malder tritici, 63 malder siliginis, 68 malder hordei, 50 malder averae, 200 urnas vini, 467 fl. ex in pratis 200 fl. 9 plaustra vini.

Anno 1589. 25 Augusti. Rudolphus II Imperator ad instantiam Wolfgangi Archiepiscopi Moguntini, sub gravi poena imperavit Senatui, ut Clerum omnesque officiales Moguntinos manuteneret in suis juribus ac privilegiis, bona iisdem ablata restituendo, nec amplius quovis modo offendendo: sed parum effecit, Senatus quippe supra modum coepit gravare Clerum in vectura lapidum ad muniendam civitatem, quos aliquando a 7 milliaribus debuit advehere et hi labores huic domui ducentorum prope florenorum damnum praebuisset, Senatus eidem omnibus censibus in suis pagis interdixit, quin etiam ex inhibitus Abbati Petrensi quosdam per suos praefectos vivendi, monialium vero novi operis horreo invaso ibidem triturari, et Coenobii Sti. Martini census a rusticis ablatos in pagis supra templa reponi curavit, nostris 129 quoque villicis in Kirchheim per praetorem intimavit ut medietatem censuum debitorem intra octiduum paratam haberent, siquidem pistores ex urbe mittendi illos emptum, et pretium Senatui essent traditari, quo vecturae, quas facere nollemus compensarentur. Quare Prior aliud medium non inveniens quo huic malo obviaret, cum Senatu transegit, ut si ipse ab Ordinario evinceret, clerum ad hujusmodi vecturas teneri, illae ex pensionibus nobis a Senatu debitis compensarentur, interim censibus nostris liceret pacifice frui: quod etiam impetravit, Domino Wilhelmo Vach, et Domino Thoma Ziegler Senatoribus pro nobis intercedentibus 16 Dec.

Idem Pater perpetuum et perenne sui monumentum ex unionibus collectis de veteranis casulis et ornamentis Ecclesiae, insigne ornamentum pro Ecclesia, gloriosum singulariter nomen Jesu cum vulneribus quinque in holoserico nigro auro opere polymitario intertexto, per duas Virgines novi operis fieri curavit anno

1590. Anno 1591 vineas prope Diessenthal de licentia Capituli generalis viginti similiter agros, nobilibus de Karstlichenrode, Dominis in Gebesch, mille et quingentis florenis vendidit hereditarie, quos diversis in locis ad recemptionem, ut apud Senatum in Volckach, apud Comitatem in Astheim, et Herbipoli apud Patres nostros, et alibi pro censu annuo elocaverat. Veruntamen eandem summam post paucos annos quidam successorum ejus prodigaliter magis quam frugaliter in nihilum resolvit.

Eodem anno 20 agros arabiles prope Egestett pro pretio 150 fl. itemque 3 agros vinearum in Bugstett pro 78 fl. a Ludolpho Preissen comparavit.

130 Anno 1592 cum esset magna mortalitas hac in urbe, nec locus sufficiens in cœmeteriis ad sepulturas, Altaristæ S. Thomæ rogarunt Priorem pro spatio quodam retio horreum nostrum concedendo ad tumulandos pauperes, quod etiam precario concessit accepto ab eis reversu, quo professi fuere se spatium istud in horto nucum ex gratia et favore Prioris obtinuisse absque ullo jure proprietatis.

Qui tandem summa cum laude recenter defuncto Venerabili Patri Visitatori provinciæ, Domino Nicolao Comitio, Priori cellæ Salutis canonica electione a comprofessi sublectus, hinc eo migrare compulsus est, unde ad domum in Ilmbach translatus ibidemque anno 1609 a Prioratu absolutus, postliminio obiit in domo professionis anno 1611.

XXXVIII. Dominus Joannes Duringius.

Fuit hic natione Franco, religione vero in Deum et conversatione modesta omnibus gratus et acceptus, cum aliquandiu in domo suæ professionis Cellæ salutis observantiæ regularis zelosum egisset Vicarium, anno 1594 translato prædecessore suo, ipse auctoritate Capituli generalis suffectus est in Priorem hujus domus. Qui paulo post initium suscepto gubernationis domum hortulani novam e fundamentis exstruxit, deinde anno 1595 murum lapideum horrei majoris in villa Kircheimensi erexit, domum anno secundi et Jubilæo 1600 molendinum, quod temporum ætate collapsum fuerat, magnis sumptibus ex ære alieno, et singulari artificio restituit.

40 ante ch. 1594 – 1603, nov. – D. Jean Thuringer (Thuringus)

D. Joan Thuringus et Thuringer, ainsi l'écrit la liste des profès de Melhausen, fit profession le 17 janv. ou 17 juin 1582, fut nommé recteur d'Erfurt par les visiteurs avant le chap. de 1594, qui l'institue prieur,

ch. 1594. D. Joannem Thuringum Rectorem d'Erfordiæ professionis in priorem

ch. 1596. Priori d'Erfordiæ non sit mia, quam monemus ut tibi temperet a frequentatione convivarum in urbe, et patronæ prospiciat convictu suo de victualibus, ut rite et salubriter præparentur, et monachos ad sa mitior benigne recipiat et foveat. – Flores et v. chœur. –

ch. 1599. D. Wolffius portarius ad officio vicarii Erfordiæ. Flores. –

La chronique nous apprend que D. Jean fut déposé par les visiteurs au mois

Post hæc conversus ad cellarum quarundam reformationem, an verius deformationem, nescio sane cujus suasu, veteres cloacas profundas et amplas intra cellas K L. M.
131 obstruens, pervio murô orientalis plaga contra hortum | hirci, vulgo Bocksgarten, sed prioribus longe capacitate et firmitate dispares, majori cellarum propter exhalationes dedecore quam commoditate exstruxit. Insuper et pro ornamento Ecclesiæ aliquot antependia pro altaribus ex diversicoloribus tapetiis, item ex damasceno albo floribus asserbre figuratum unum, et ex holoserico auro intextum alterum pro majori altari curavit. Quinimo et librariam maxime auxit Doctorum Ecclesiæ, operibus Augustini, Ambrosii, Gregorii, Hieronymi, Basilii, Damasceni, Chrysostomi, Brunonis, et aliorum plurimorum recenti typo, pretio magno, et egregia ligatura.

Ipso præside anno 1597 8 Febr. Joannes Ertell, questor in Ehrdrüff, duram servitutem conatus imponere huic domui, nomine Comitis Philippi Ernesti a Gleichen voluit ut equis et famulis illius, quoties ad civitatem venirent a nobis hospitium et pabula præberentur; cum id prius ex gratia aliquoties præstitum fuisset: atque istud primum invenio petitum, postea sæpius repetitum, singulariter anno 1605 14 Julii itemque 16 Novemb. et quidem cum comminatione, semper tamen denegatum, unde domui magna incommoda obvenere, siquidem anno 1607 Comes inhibuit ne in lignéto nostro Tonnensi sub ejusdem dominio posito ligna caderemus. Anno 1611 in Martio omnem accessum ad villam nostram Tonnensem prohibuit, quem ad diversas supplicas Prioris per suum Cancellarium 27 Julii iterum indulsit jure nihilominus hospitandi sibi reservato, quod etiam iterato anno 1613 pro duabus rhedis et 4 equis expetiit, non tamen obtinuit, unde denuo eodem anno villico nostro
132 inhibitum ligna cædere usque ad annum 1614 26 Octob. quo arrestum | quidem sublatum fuit, cum tali tamen restrictione, ne ultra unum agrum quotannis succideremus. Quare ut ab hac vexa domum hanc liberaret, Venerabilis Pater Bruno, Prior anno 1615 Joannis Schwickardi Electoris Moguntini, a quo domus Gleichiana cum feudum dependet, auxilium imploravit, qui Comiti severe inhibuit, ne nos iniquis suis pretensionibus deinceps amplius gravaret.

Anno 1598 Reverendus Dominus Joachimus Heintz, Reverendissimi Julii, Episcopi

au noitiat nov. 1603, et mort le 15 oct. 1607, vicaire de la maison de profession, et non le 31 janv. 1608. immediat les Epham. (I. 143). —
ch. 1608. obiit D. D. Joannes Theringius prof.us et vicarius d'un les-Kalhausen, alias prior d'Erfordia, habens mill. de Bo Mo in prothonotarius interdique Alemaniæ. —

Naumburgens. Sacellanus et summe edis ibidem Vicarius, huic domui 100 fl. testamento legavit.

Anno 1599 16 Januarii Imperialis Camera Spirensis per publicam sententiam latam Gotefridum Comitem in Ottingen damnavit ad restitutionem Cartusiæ Horti Christi cum omnibus juribus et pertinentiis, fructibus perceptis ac percipiendis et sumptibus in litem expositis.

Anno 1601 3 Nov. Joannes Adamus, Archiepiscopus Moguntinus facultatem indulsit Fratribus hujus domus sacros Ordines suscipiendi a quocumque Episcopo vel Suffraganeo. Tandem hic Prior nescio qua potissimum necessitate impulsus, suasu tamen etiam quorundam honorariis pecuniariis egregie ab emptore corruptorum (ut postea apparuit) integrum mansum, hoc est 30 selectissimos agros cuidam rustico in Richheim, nomine Henrico Heusgen, ad dictu ibidem domus liberum allodium pertinentes, vilissimo pretio ad messem jam semente maturo, clanculum, et inscio conventu, non amplius 140 fl. vendidit hereditarie: quam ob causam ubi res patuit anno 1603 in actu Visitationis a Priuratu fuit absolutus. Quamvis postliminio per successores ejus, ut infra dicetur, maxima ejus consolatione hujusmodi agri judi-
133 =ciaiter | sint domui recuperati. Obiit bonus Pater in domo professionis suæ anno 1609

XXXIX. Dominus Joannes Vogelius.

Qui ante suam institutionem annis aliquot Horti Angelorum domus suæ professionis solers fuit Procurator, quapropter anno 1603 mense Novembri Domino Joanne Duringio in Visitationis actu absoluto, ad instantiam tunc Patrum professorum, quorum pauci fuere, a Visitatore primario, Domino Joanne Mullero, Priore domus Horti Angelorum in Rectorem suffectus est, quem deinde anno sequenti Capitulum generale in Priorem confirmavit.

Hic quamprimum domum gubernandam suscepisset, eamque ære alieno praegravatam animadvertisset, creditoribus importune instantibus satisfacturus, summam capitalem pretii vinearum in Dieffenthal, quam Pater Sebastianus Prior, ut supra dixi, certis locis ad reemptionem elocaverat, una cum pensionibus repoposcit, accepit et creditoribus partim satisfecit, partim in alios domus necessarios sumptus expendit. Quinimo

41- nov. 1603 – 1608. Père D. Jean Vogel.

de Fulda, fit profession à Wurzbourg le 16 juillet 1589, nommé Recteur d'Erfurt en nov. 1603 par les visiteurs, en devint prieur au chap. de 1604. — la ch. de 1604 dit que le visiteur le nomma prieur

ch. 1604. Institutionem D. Joannis Vogelii in priorem S. Erfordiæ, nec non D. Andreæ Bartz in procuratorem, ibidem, super omnia, a visitatore factam confirmamus. ch. 1606. Priori S. Erfordiæ monstruosa, cujus S. jurium protectionem, commendamus P. Priori S. Hartzipolensis.

ch. 1607 Administrationem et curam S. in granum Cæsareumque in causa Imperiali protectionem tam prædictæ S. quam Horti Xti et Erfordiensis committimus patri visitatori provinciæ (le visiteur est le prieur d'Asthaim, D. Louis Hager mort le 29 Avril 1615.)

et alios 600 dlr. apud Patres Societatis Jesu accomodato non mediocri damno domus suscepit. preterea 300 fl. a Reverendo Domino Christophoro Appel, Vicario B. V. ad censum vitalitium expositos, et alios 1000 fl. quos testamento recenter professus Frater Johannes Arnoldi, postea Prior, domui legaverat, quorum adminiculo domum anteriorem commodioribus habitationibus, ut potissimum Prioratum, et cubilia hospitum instauravit, item edificiorum parietes in area domus intus foriaque vitiosos, calce, luto, tinctura, et passim picturis illustravit.

134 Ipse mansum 30 agrorum selectissimorum, de quo supra clam et imprudenter divenditum in villa Kircheimensi in judicio repetere coepit, et anno 1607 7 Septemb. judicialiter recuperavit, ita ut venditio haec penitus fuerit annulata, restituto per Priorem pretio 140 fl. cum debito censu 4 annorum, e contra rustico pro tot annorum emolumento capto ex agris, prebente 4 maldra tritici totidemque avene; quibus utrinque prestitis, rustico hic mansus denuo ad 3 annos elocatus fuit pro certo canone frugum annuatim pendendo.

Hic idem allodium nostrum ibidem contra antecessorum Patrum statutum et definitionem a doctoribus olim et prudentioribus civitatis hujus sub Priore Tilmanno factam propriis iterum expensis et laboribus coluere incepit, seo gravissimo domus damno et certissima ejusdem omnimodo ruina., nisi malo per successores tempestive restitutum fuisset, prout infra plenius patebit.

Ipso preside anno 1604 in Maio, hac in urbe in hospitio sub signo dolii a Domino Petro Paulo Steurnagel. J. V. licentiato, Camere Spirensis advocato et Procuratore, ejusdemque Commissario, testes in causa spolii censuum nostrorum pro Duce Vinariensi fuerunt auditi cum prius in Martio anno 1601 in eodem hospitio a Domino Johanne Jacobo Heroldt, J. V. Doct. domus Teuthonice in Mergetheim Consiliario nec non ejusdem Camere advocato et Commissario testes ex parte nostra examinati fuisset, et Commissio illa 400 circiter florenos huic domui constituisset.

Accidit autem hoc ipso anno casus mirabilis circa acta postrema hujus commissio-
135 nis; postquam enim Herbipoli presente adjuncto Ducis Vinariensis attestationes | a Commissario revise, et more solito absignatie fuissent, Priori, ut quantocius Spiram mitterentur

La chronique dit que D. Jean fut transféré comme Recteur à Ruckelhausen par la Visitateur après la mort du prieur de Ruckelhausen (D. Guillaume Andriansenius mort le 26 ou 27 sept. 1607). Si cette translation ne se fit qu'au commencement de février 1608, elle ne put pas lieu très promptement.

ch. 1608. D. Joannes Vogelius in Rectorem d.ti Collegii salutis in Ruckelhausen super annum a visitatore institutum, in priorem professionis. fut prieur de Ruckelhausen jusqu'en 1612, qui l'envoya vicaire à Ratisbonne. Il dut passer un peu plus tard en Autriche avec le prieur de Ratisbonne. a été prieur de Brunn entre 1618 et 1625, et est mort à Aggspach le 4 Avril 1631, d'après l'histoire de Wurzbourg et la liste des prieurs de Ruckelh. — Le nécrologe d'Olmutz seul la met au 3 Avril. —

ch. 1631. obiit D. Joannes Vogelius prius d. Harbipolis, hospes in d.o in Aspach, alias prior d.i Brunae (Infortiae et Ruckelhausen, ajoute justement Florez et la carte d'Ittingen.). —

ch. 1632. ob. D. Joannes Vogelius alias prior d.o in Ruckelhausen, cujus quidem obitus fuit anno praeterito renunciatus, sed non missa de B.a M.a quam habet per totum ordinem. —

traditae fuerunt, qui illas cuidam nuntio Spirensi eodem tempore Herbipolis existenti, a pluribus de fidelitate commendato (ut qui causas autem magni momenti Episcopi Herbipolens. aliquando expediisset) volenti in crastinum redire Spiram commisit una cum Epistola inclusis eidem 20 florenis aureis, ut haec D. Stemler Procuratori nostro deferret. Nequam vero nuntio prope Spiram ad hospitium diverterte, cum talitis loco uxorem suam cum clerico aufugisse, intellexisset ab hospite, dolenter hoc audiens respondit, si vera sunt quae dicis, Spiram non vado, sed uxorem meam investigabo ubicumque potuero: atque his dictis actisque socio suo traditis cum sponsione bona mercedis habiturae, si haec ad suum locum detulerit, ipse epistola sibi cum nummis reservata, abiit in viam suam, nec cognitum quo devenerit.

Socius vero cum actis etiam ipse reversus, veniensque in ditionem Marggravii ab Anspach ad senem quendam Praedicantem olim sibi cognitum, haud procul ab Ilmbach, eidem indicavit se chartas quasdam habere, quas oblatas Moeno aut igne absumptas. Praedicans licet rudis et ignarus, quia tamen viderat illas serico legamine involutas, et magnis sigillis affirmatas, serio illum monuit, ut haec ad suum locum deferret, alias restim posset mereri: unde alter perterritus, acta praedicanti tradidit custodienda, asserens se Bamberga necessariis, quibusdam expeditis intra triduum aut certe quatriduum illa recepturum, Spiramque delaturam: sed cum nebulo iste nec intra 3 septimanas comparuisset, praedicans propter acta coepit sibi timere, et equo consenso in Kriestatt supra Isthemium ad horreatium Marggravii profectus, eundem rogavit ut illa in se susciperet, iste utpote jurisperitus probe sciens quem haec concernarent, illa
136 acceptavit | et mox equo delatus ad Priorem in Ilmbach, cum illo ivit Herbipolim, actisque traditis Priori totam rei seriem indicavit. Cumque vidissent acta hinc inde a nebulonibus istis per fila serica discissa, ne contra haec ab adversariis posset excipi, si taliter Spiram missa fuissent denuo per Commissarium ejusque adjunctum ex Ichna revolum revideri, novitergue firmari et obsignari debuerunt.

Anno 1607 8 Jan. itemque 7 Julii, Johannes Schweickardus, Elector Moguntinus Cleri Erfurtensi inhibuit, ne posthac Senatui, uti prius multis annis coactus fecerat, solveret exactionem civicam, das Brechter und Wegelt.

Table n° 8

Hic idem Pater Prior, circa idem tempus fere aliud haud equidem minus damnum et confusionem domui sue indiscretione intulit, temere enim et inconsultis, imo contemptis civibus (quorum interest, et ad quos potissimum jus aque trifontis pertinet) canalem, per quem vetustissimo privilegio dicti fontis rivulus derivabatur ad hortum nostrum pro vivario tritu[rarum]; cum inquam propria auctoritate et insalutatis illis renovasset, atque illis conquerentibus super hoc, et facti rationem exposcentibus, dure et indiscrete respondisset, rati illi se contemptos (rudes enim homines sunt) et ad quasvis faciles concitatis contribulibus et parochianis S. Thome, et aliis exasperati unanimiter sese opposuerunt, rivulumque de facto inhibuerunt obdurato meatus foramine, nec illis Senatus auctoritatibus sive admonitionibus (quamvis juratorum testimoniis presente Senatu et ipsis manifesta signa veteris juris protulissent) placari, minus ad restitutionem aquieductus persuaderi potuerunt. Remansit ergo
137 dictum vivarium | vacuum et siccum multis post annis magna domus ignominia, confusione et jactura, ac sumptibus haud equidem contemnendis et frustraneis, quibus tamen omnibus facile parcitum fuisset, si amice eis propositum suum insinuasset, nihilque novi in prejudicium eorundem se moliturum preter renovationem canalis ostendisset. Rogari enim et respectari vult Domini Trifontis omnino volunt unde sicut benigni et faciles sunt ad petita, ita offensi eadem facilitate concessa revocant. Experties loquor, predictum enim rivulum postliminio Venerabilis Pater Johannes Arnoldi Procurator non modo comitor agendo recuperavit, et si promissione annui census 10 grossorum, sed insuper etiam paulo post Prior aliam pro irrigatione (cum consensu Senatus inscriptis) horti hirci gratis et precario impetravit.

His demum commendatione dignissimum opus adjecit, hortum nonnum nucum, ita olim vocabatur, nunc lupuleti ex opposito monasterii hactenus annis pluvimis sterilem et infrugiferum et civium tantum voluptati et recreationi commodum, et cellario nostro noxium, repleto vivario, quod antecessor ejus inutiliter foderat, maxima domus utilitate, et civium Senatusque displicentia in lupuletum convertit.

Ceterum annis V majori spe et opinione quam effectu, ut post ipsius translationem innotuit, cum rem domesticam solerter et frugaliter administrasset, defuncto

Domino Johanne Adriansonio majoris Cartusie professo et Priore domus Celle salutis professi ibidem ob discordiam electione privati, a Venerabili Patre Visitatore, tunc Domino Ludovico Hagero, Priore Pontis Beate Marie in Asthein, ex domo hac ad domum jam dictam Celle salutis rector designatus, translatus est, ubi etiam obiit anno 1628 cum prius Priorem in domo Brune, et Vicarium Ratisbona egisset.

XL. Dominus Andreas Bertzius.

138 Dictus Dominus Andreas Aschaffenburgensis, domus horti Angelorum | professus, anno hujus seculi 1608 circa festum Purificationis Beate Marie Virg. 4 Febr. Domino Johanne Vogelio per Visitatorem principalem Dominum Ludovicum ad domum Celle salutis designato Rectore, Prior a Conventu postulatus, a Visitatore predicto institutus fuit et confirmatus. Fuit autem prioribus tribus annis domus vigilantissimus Procurator. In officio autem Prioris confratrum suorum amator insignis, animi candore precipuus, zelo regularis disciplinæ fervidus, pietate eximius, et in re domestica admodum insignis et dexter. Proinde licet nullo presidio pecuniario fulciretur, quo predecessor ejus apprime sufultus gaudebat, quinimo gravissimis quibus domus tunc adversis premeretur cladibus et infortuniis morte similiter et interitu 12 fortissimorum equorum, spatio vix integri anni sive id jam prestigiis et malitia hominum, ut quidam putavere, sive quod magis credibile apparet, indiscretis laboribus et negligentia famulorum circa curam eorundem acciderit: sua nihilominus prudentia et dexteritate evicit, ut nedum æs alienum nullum contraxerit, sed e contrario de contracto ab antecessore exsolverit. Hic anno primo regiminis sui qui fuit 1608 tabulam in majori claustro juxta cellam literæ I olim C parieti affixam pingi curavit.

Item eodem anno casulas duas ex tapetio serico floribus distincto dono aliquando admodum Reverendi Domini Jacobi Schollei, sigilliferi Moguntini et Canonici Beatæ Mariæ Virg. Erfordiæ oblato: ex eodem cussinos duos pro majori altari, et antipendium unum pro altari S. Trinitatis: de alio etiam tapetio rubri viridisque coloris pro altaribus S. Crucis et Apostolorum alia duo fieri fecit. His adjecit
139 cussinos duos alios ex | Corio discolorato cum aureis argenteisque floribus conspicuos. Eodem tempore icones Patrum Eremitarum in choro Monachorum sedibus suspendit;

42. vers 4 fév. 1608 – 1611, 3 févr. – D. André Bartz. –

d'Aschaffenbourg, fit profession à Wurzbourg le 29 janvier 1593. (ailleurs l'abbé Ulrich met 27 janv. 1595), nous avons vu plus haut qu'il fut nommé prieur d'Erfurt en nov. 1603, et Recteur circa Purificationem 1608. –

ch. 1608. D. Andream Bartz in Rectorem d. Erfordiæ super amum a Visitatoribus constitutum, præficimus in priorem.

ch. 1611. obiit D. Andreas Bartz prior d. Erfordiæ profes. Herbipolis. –

Flores ajoute: « Hic fuit ab apostata domus huc Isaaco Fabar in priorata intruso in nocte festi Purificationis B.V. Mariæ hora 10 a. » annualité le 2 février à 10 heures du soir, d'où il est noté aux calendriers d'Erfurt et de Wurzbourg au 3 février. Celui d'Erfurt a « 3 febr. obiit D. Andreas Bartzius prior hujus D., professus D. Herbipolensis, qui per fassus a fugiente a quodam apostata pessima obiit 1611. » – Epham. 3 janv. (I. 153 4). –

vela quoque quadragesimalia cum suis picturis, et antipendia in Ecclesia pro alta-
-ribus eodem anno comparavit.

Anno vero sequenti 1609 hortum allodio nostro in Kircheim a parte occidentali contiguum, cum domo ad eundem pertinente abs quodam incola justa emptionis titulo comparavit; et pro Ecclesia 6 quoque egregia candelabra ex stanno fieri curavit, et in domo lapidea ad Grues hypocaustum minus cum culina ædificavit.

Anno vero 1610 bibliothecam veterem ex sacristia sive sacello Stæ Catharinæ et Elisabeth transtulit ad novam quam exstruxerat in fornice sive capella Sanctarum undecim millium Virginum et Martyrum, ubi etiamnum visitur. Eadem opera aream sive custodiam casularum, et ceterorum ornamentorum, et ornatuum Ecclesiæ bene artificiosam fabricari curavit, et ipsam bibliothecam selectissimis libris, iisque quam plurimis illustravit et adauxit. Eodem anno aliam partem horti nucum, quam predecessor incultam reliquerat, ipse similiter fodiendo lupulo fertilem reddidit, domui admodum utile et proficuo opere: sed senatui exoso qui voluit hortum servari incultum et pervium, ideoque operariis a Priore constitutis, ut lupulum inibi plantarent, per apparitorem sub pœna carceris laborare inhibuit: imo duobus annis subsequentibus in die S. Walburgis sub armilustrio cives hortum fœdissime conculcantes, stipites ferme omnes perfregerunt. Veruntamen appropinquante jam tempore quo per multas tribulationes transiret de huius mundo ad patriam eternæ quietis et retributionis consolationisque; contigit hoc eodem anno 1610. ut ad instantiam et importunitatem conventualium in festo S. Thomæ Aquinatis, morum et conversationis modestia (quam tamen egregie mentiebatur foris) omnibus charum Patrem Isaac Fabrum Malterstadianum, Franconem, domus filium, repudiato et absoluto P. Joanne Arnoldi, in Vicarium instituerent. Quare libertatem majorem jam nactus, justa tritum illud, honores mutant mores, et raro in meliores; quem hactenus animo foris et genium, cito manifestum fecit: veteres namque jam olim in novitiatu acceptas aversiones paulatim contra Superiorem renovare, in eundem sub specie admonitionis invectivas scribere, cellæ et solitudinis, et alias regulares observantias negligere, fastidire, odisse, querere et delectari colloquiis secularium, quinimo

absque ulla verecundia relictis divinis officiis, videntibus intuentibus confratribus hereticis confabulari, iisdemque pessima cordis sui consilia et proposita revelare, communicareque: Venerabili interim P. Priore in nundinis Naumburgensibus morante ipse pridie quam inde reverteretur, die qui VII Fratribus Martyribus sacer fuerat, hoc est 10 Julii anno 1610 mane hora 5 fugam iniit, et abjurata fide catholica et profes=sione, haeresin Lutheranam complexus est, magno Lutheranorum jubilo et tripudio, atque mundi illecebris et voluptatibus continuo habenas laxius laxans, et de ipso quoti=die pejor effectus, commessationibus et ebrietatibus vacans, peccatumque peccato accu=mulans, et scelus scelere, donec tandem in profundum malorum demersus, detestabili patricidii incidito prope crimine, post mille quia voce, quia scriptis irrogatas calum=nias et detractiones verecundam patientissime tulerat pientissimum Patrem Priorem ipsa sacra Purificationis B. V. M. nocte hora 10. in propria cella fugione e medio sus=tulit; quemadmodum ex sequenti pathetica descriptione Adm. Reverendissimi et Eximii Domini Magistri Thomae Hoffmeisteri, Canonici B. M. et Ecclesiastes ad S. Martinum
141 extra, et ibidem respective Praepositi clarius | susumque patet, hisce verbis:

Pathetica, eaque circumstantialis descriptio nefandae juxta ac deplorandae interfectionis Reverendissimi Patris ac Domini Andreae Bertrii, dein Carthusiae Erfordiae constituti Prioris, sub nocte vigilia Purificationis B. V. M. hora decima miserabiliter usque ad mortem sauciati, et postmodum, ubi devotissime sacramentaliter curatus, interempti, compas=sionis gratia elaborata.

Heu dolor! heu lacrymae! lacrymas quis temperet? atque
Irrigat haud quaquam fletibus ora sua?
Vah scelus horrendum! quis non rumpatur et ira
Qui Patris Andreae percipit aure vocem?
Flere libet ne magis? magis aut prosciendier ira?
Et libet irasci, flere libetque simul.
Irarum stimulos Isacus concitat, ille
Latro cui similem saecula nulla ferent.
Non Dismas, Gismas, nec Orestes tanta piacla,

Nec Barabas crimen tale cruentus adit.
Quale hic sanguiveras flammanti morte piandum
Patravit facinus; saxa cient lacrymas.
Macario quondam Phlegetontius obvium ibat
Rector stromatibus vascula referta gerens.
Quo properas? vir divus ait: cui protinus ille
Intro monasterium quod spicis ante refert.
Unicuique ferens Fratrum de vasibus haustum,
Pro gustu ac libitu quem sibi quisque leget.
Huic ira, invidiaque illi, fastusque sequenti,
Et Veneris quarto pocula plena dabo.
Huic nummos, illi titulos et gaudia mundi
Porrigo fallentis, quod placet ille bibat.|
142 Dum ille, ille idem fallax revocatus ab orco,
Carthusiae exporti limina damon adit.
Queritat Isacum, Fratrum cognomine, Cretum
Urbe Minoastadio de genitore pio.
Talibus aggreditur dictis; heu victima nostrae
Regia Veneris, victima grata nimis.
Cur moestos sine fine dies, sine honore tot annos
Ducis? et abjecto nomine serpis humi?
Cur tua cur pateris cruciamine membra tenella
Viribus aetatis examinanda dari?
Cur Veneris lusus, cur millia gaudia mundi
Spernis? et in vivis mortuus usque jaces?
Fac agedum cappam, fac santonicumque cucullum
Exue, cilicium projice, rumpe pede.
En tibi de Veneris Dionaea pixide potum,
Ebibe fac totum, sic Venus ipsa monet.

En tibi de carnis sapidissima fabula prende,
Delicijs, unctas de vitulisque dapes.
Ingreditor mundum, mundus tuus esto, habitque
Prospera quecque tibi, prospera quecque tibi.
Dixerat: Isacus sic dum est voce secutus:
Sis quicumque voles venditor, emptor esto.
Vendita namque mee flagrantia pharmaca carni
Conveniunt, quantum, tu mihi vende, sat est.
Hinc adeo o Cytharoea Venus tibi victima servor
Detur in amplexus o Venus ire tuos.
Nunc age cappa vale, valeas cucullate cuculle,
Regula prisca vale, cilicinumque vale.
Diva Paphi salve; et quadquid sub climate mundi
Spectatur liberum, me facias liberum.
Gratia me forma decorat, decoratque juventus
Atque acris ingenii gratia condecorat.
Non ea, non equidem patiar sic esse sepulta
Delicias querens singula quasque suas
Dixit, et optata advertens crepuscula noctis
Quo sibi perlustrat sit patefacta domus.
Est locus extremus cellas prope mania claudens,
Hedis Carthusie clausus et averibus.
Hunc adit Isacus Cacodemonis actus et astu
Projectat funem, et colligat asseribus.
Et fune apprehenso facilis descendit in aulam
(Damona non dubium tecta tulisse supra.)
Sic abita ille, Ducis factus gladiator Averni
Vite Panmphai, qui studiosa fuit.
Ast heu! (maestificio queror, et quod clamitat vultu.)

Quantum mutatus pro dolor iste status!
Religio nova, vita nova hic, mores que fides que,
Et novus est habitus, regula et ipsa nova.
Carthusianus erat, nunc est mundanus, et idem
Impius extreme, qui prius ipse pius.
Quique timore Dei prius intima cordis habebat
Effusa, effrenis curris in omne scelus.
Convinctis manibus palmisque sub aethera ductis
Curvatoque genu fudit is ante preces.
Nunc socios omnes legis vitaque prioris
Sacramenta proscindit, fulminat ingue preces.
Rostro elementa suo, et sacra sacramenta metitur,
Per mille et centum, has fulminat ore preces.
144 Ante intempesta surgebat nocte precando
Excigilans, David seu facit atque monet.
Nunc totos grassando terit noctesque dieque
Et gladiis aedes, saxaque quaque ferit.
Primo in servitium qui membra redegerit escis,
Ille saginatum corpus obesus habet
Cuique libellus erat supplex ceu sponsa, puellas
Non uncl colit obscenas, saltitat, astat, amat.
Haec est, haec inquam est fateor mutatio, sed non
Excelsi dextra, ceu sacra lingua canit.
Ludicra sed memoro, quin et puericia narrâ,
Sed scelus horrendum dinumerabo sequens.
De vitio in vitium graditur, simul horrida nectit
Crimina criminibus, damone ducente vias.
Nullum tam scelus est infandum, tamque nefandum,
Quod non tentat, adit, perficit, atque struit.

Iam furit insanus minitans lethalia mente
Funera, et horrificam versat agitque necem.
Quam mihi materiam ratio, quae verba datura est.
Queis scelus infandum hoc explicuisse queam?
Mens stupet attonita, infrenis quoque lingua silescit
Cor tremit, ancipiti membra tremore cadunt.
Tedis ago haud satis est pede conculcasse sacrata
Vota, latrocinii quin magis crimen adit.
Nox erat et Fratres cunctos sopor altus habebat,
Quando aderat Mariae purificanda dies.
Perfidus Iscariòth cum debachatur, et omnes
Hac illacve vias tentat adituque modos:
Ut Patrem Andream, sibi quem divina Priorem
Fata dabant (Patrem nomine reque) necet.
Bis quinos dederat sonitus revolubilis hora,
Cum dirum aggreditur corde fremente scelus.
Ingressum repetit demisso fune regressum
Astrue dimato, et nocte juvante parat.
Circumquaque obstacta videt remoramina, valvas
Aperitur clausas quae patuere prius.
Clausa fenestrarum reserat munimina, corpus
Injectans frustra (ceu docuere nives)
Post varias technas, et post tentamina tandem
Multa, viam rabidus comperit, urget, init.
Per tres serpendo cellas, ceu squamens anguis
Nempe per angusta hic dum loca radit iter.
Non fide naturae, verissima narro, sed astu
Et raptu Stygii raptus ad ima Ducis.
Tamque ubi cuncta videt cessisse obstacula cautus

Innocui Patris se locat ante fores.
Pulsat, et e somno ceu suscitet, illicet illum
Provocat, ignarus pulsat itemque Pater.
At latro post correcta modum insidiando priorem
Pulsandi repetit, sed graviore sono.
Iam Pater alto animo versat, sua membra thoroque
Surripit, atque fores obstupefactus adit.
Mox valvas aperit, directusque in limine quaerit
Quae duplicis pulsus causa sit atque modus.
Haud mora lethifero accinctus furgione nefandus
Prorumpit latro; pro furiale malum!
Viscera rimatur Patris nil tale timentis
Atque agit ut citra corruat ipse fores.
Nec minus interea collectis juribus ambas
Campanas solitas mox resonare facit.
Accurrunt adsuntque citi, spectantque ministri
Quod malus Isacus fecerat ille malum.
Inde caede furens patricida et sanguine plenus
Qua prius erupit, quaque reversus abit.
Nec tristis facti, nec acerbi paenitet acti
Ante coaequales jactitat omne nefas.
O Isaac risus tibi vota dedere parentum,
Nomen, aut haud risum, maesta sed ora cies
O Faber, o Fabri cognomen fata dedere,
Haud fabricas aurum, sed vulnera saeva nimis
Quo nunc torvus abis fedatus sanguine? quis te
Angulus excipiet? die ubi tutus eris?
Conscia mens ubi? die, die nonne Cainicus urget
Vermis? et in vasto denegat orbe quiem?

Profugus atque vagus super omnia climata terre:
Quo te cunque voles, vortere, semper eris
Quidquid agis, quocunque ei ibis, tibi vermis adheret,
Vermis qui nunquam, heu! interiturus erit.
Non ea non equidem Carthusica norma pericla
Struxisset tibi, que nova forma struit.
Tetus nunc tandem sapias piscator, et imo
Compunctus repetas corde piacla tua.
Quecque lucenda tibi veniunt patiare, cruorem
Effusum innocuum solve gemens lacrymis.
Persolvenda tibi nam pena gravissima restat,
Quam tibi mens jamjam conscia dictat, habe.
147 Ast Venerande Pater revocans tua vulnera venam,
Luctificam nostram, morsque inopina vocat.
Ergo vocat Lethum vulnus lethale ferale:
Intestina ruunt pallida, mota loco.
In medio positus vite, medioque sinistre
Mortis, amat mortem, provocat hancque Pater.
Omnia devertat prius impedimenta, Synaxi
Sacra animam refoves, noxa nec ulla gravat.
Ignoscitque in se facilis scelus omne patratum,
Ad frugem ut redeat latro cruentus avet.
Hinc jubet extremo refici sua chrismate membra,
Membra cruore atro debilitata nimis.
Amplexus terram, celoque immobilis hueret
Ad nixus, cupiens jam superasse dies.
Dissolvi petit, Surgam, ecce, in nomine Jesu,
Fatur, et effundit circumcundo preces
Membra negant vires, arreptant pondere sellam.

Sellam claudentem morte premente dies.
Oscula crebra cruci figit, rosaria versat,
Ut quod lingua negat, corde precante subit.
Singultu tandem facili placidoque sopore
Insontem ille animam mittit, et æthere locat.
Tu Pater altitonans venienti porrige dextram,
Et solio æternum da residere tuo.
Tuque age Diva Parens longum per inane volantem
Duc animam, et genios pelle parata malos.
Et vos Alligeri juvenes, Sanctique volures,
Abramica sedis gaudia habere date.
148 Tuque anima heus per inane vola, proficiscere læta,
In campo Elysio serta parata tibi.
Certamen certasse sat est, servare fidemque
In campo Elysio serta parata tibi.

E vivis itaque hoc prientissimo Patre anno 1611 violenter sublato inter quartam et quintam matutinam 3 Februarii, cum primum rumor mortis ejus in civitate increbuisset, sceleratissimus hic patricida nox civitate egressus, ceu alter Cain profugus factus est, et paulo post in Francionia in oppido Hassfurth deprehensus, agnitus, ocyus ab Reverendissimo Herbipolensi Julio p.m. Episcopo, ut fugitivus et apostata captus est, et ordini ab eodem restitutus, ac in Carthusia primum Astheimensi, deinde in Cartusia Herbipolensi strictissimis carceribus inclusus fuit: Verumtamen ab Reverendissimo Herbipolensi cum primum de ejusdem autem patricidio cognovisset, ex eodem carcere violenter extractus, et publicis carceribus traditus fuit, ex quibus tamen (nescitur fere quo stratagemate et dolo) cum jamjam poenas delicti fuisset luiturus ultimas, iterum evasit. Et sive angustiis undequaque pressus, sive poenitudine facti salubriter ictus, Ratisbonam ad P. Convisitatorem provinciæ, D. Georgium Faselium confugit, a quo ad R. Patrem Carthusiæ deductus est, inde vero Monthuam amandatus ~~est~~ ibidem annis tribus carceri mancipatus, donec a Capitulo generali matura

habita consultatione super delicto ejus ad perpetuos triremes domandatus est.

Post mortem autem hujus Venerabilis Patris, Patres et Fratres omnes conventualiter in Capitulo congregati, concordibus votis renovarunt et confirmarunt pro se
149 suisque successoribus | omnibus perpetuo servandam confoederationem supra sub Joanne Falck factam.

XLI. Dominus Joannes Naundorff.

Antecessore piantissime, ut dictum est, defuncto, premissis de more jejuniis et orationibus consuetis, presentibus Dominis Patribus Visitatoribus, Domino Ludovico Hagero principali, canonice eidem succesit jam dictus Dominus Joannes Naundorffius, anno precedenti a Capitulo generali per chartam huc hospes missus, et post defectionem patricidæ in Vicarium institutus, alias professus domus S. Sixti Rutilæ ad Mosellam.

Sub cujus Prioratu, quæ jam plurimis annis Senatum inter et monasterium exercebatur gravis discordia magis magisque recruduit, ob diversas et injustas exactiones, tum invasiones, direptiones bonorum, ac potissimum ædificiorum per aggeris exstructionem eversorum, et damnum multoties enatum. Quo tempore maxime etiam dictus Senatus impugnare, ac per vim quasi et de facto sibi appretiare nitebatur hortum nucum, ut ibidem pro libitu suo lustrationes civium celebraret, quamobrem summopere laborabat impedire plantationem lupuleti.

Veruntamen peroportune tunc contigit congregari hic conventum Principum Imperii ob discordias quasdam et difficultates exortas occasione obitus Illustrissimi Principis Juliæ, Clivie et Montium, etc. Quare hac occasione bene usuri Patres nostri Visitatores, Cesaree Majestatis legatum, Generosissimum Dominum Joannem Georgium Comitem de Hohenzollern adire supplices, ut eadem opera discordiam ac differentiam nostræ domus cum Senatu componendam suscipere dignaretur. Annuit benigne Comes, et qua erat maxima et eximia in Ordinem affectus observantia, accepta protinus |
150 ab Cesare Matthia commissione speciali, auctoritate ejusdem, rem adeo difficilem tanta dexteritate et prudentia composuit, ut utrinque et Senatui et domui egregie satisfactum sit.

Exstant hujus accordationis et compositionis literæ, utrinque subsignatæ anno

43- fin février 1611-1614, 1er Août. D. Jean Naundorff. —

Profès de Rattal et vicaire d'Erfurt depuis 1610, élu prieur probablement vers fin février, la chronique ne donne pas le jour. Il fallait prévenir les confirmateurs et leur donner le temps d'arriver.

ch. 1611. D. Joannam Naudorf (sic) in priorem a conventualibus S. Erfordiæ canonice electum confirmamus. Et D. Bruno Fleischmann profum S. in Asthaim exerceat officium vicarii. Flores. — ch. 1613. Priori S. Erfordiæ nous fit mia, et dicta domus solvat expensas domibus in Seitz et Tamaria debitas propter alimenta D. Isaac sui professi, cujus decreti executionem committimus Pl. Visitatoribus provinciæ. D. Chauvat et Flores qui ajoutent: « Hic Isaac est parricida sui Prioris de quo meminimus anno 1611. » Déposé dans la visite le 1er août 1614, D. Joan fut envoyé vicaire à Asthaim. Ch. 1615 (in dc Asthaim) et D. Joannem, professum S. Rutilæ, in vicarium a visitatoribus institutum confirmamus. Le chapitre de 1617 approuva la nomination d'un autre vicaire à Asthaim, D. Joan a dû être renvoyé à sa maison de profession. —

ch. 1637. obiit D. Joannes Neudorf profus S. Rutilæ. (alias prior S. Erfordiæ) a été oublié. —

1613 31 Augusti, quibus hoc modo conventum fuit, ut Priori propter exactiones a Senatu daretur designatio bonorum civilium. Ab anno 1501 comparatorum, et quidquid ab anno 1604 quin ultima bonorum civilium descriptio facta fuit, hoc domus ultra debitum erogasset, eidem redderetur. Deinde quod omnibus deinceps post horreum Senatus deberet institui, omniumque domorum ibi sitarum postica obstrui. Denique ut clavis pro turri nobis remaneret, liberumque foret illam elocare, cuicunque vellemus, sic tamen ut conductor ille Senatui juramento esset obnoxius. Sta conventum in Cellaria Carthusiae, praesentibus Dominis Schollaeo Sigilliffero, M. Andrea Funck, Joanne Henrico Voigt, Johanne Wilhelmo Forster, Jobo a Stotternheim Consulibus.

Dum haec autem agerentur Erfordiae, Landgravius Hessiae Mauritius, cum prius suum ad Carthusiam excursum insinuasset, de Comitatu Principissa, conjugis et filiarum sciens ac prudens siluisset, grandi cum pompa et strepitu armorum Carthusiae nostrae aream primam rheda undique velata intravit; verum tamen descendentibus illis, et a Priore conspectis Principissa et filiabus ejus, priusquam salutatum Principem ivisset, fores omnes et adytum ad claustrum feminine occludi jussit, tumque Priore salutato, eundem allegatis severissimis statutis nostri, et Summorum Pontificum inhibitionibus et censuris, et poenis ipsi contraventi ipso facto incurrendis a proposito
151 dimovere conatus | est, simul ut cum hac in parte excusatum habere dignaretur, humillime rogavit, quandoquidem alias suae Illustrissimae dominationi, sequestrato tamen foeminea sexu, omnia monasterii pervia et aperta forent. Princeps autem replicando et attendendo suam magnificentiam, et auctoritatem, et confusionem cum nec blandis, nec duris, quicquid nec minis Priorem flectere potuisset, exasperatus conjugi dixit, Sie wollen euch nicht haben, et reverentes qua venerat rediit. Mirum dictu quantus concursus populi circa monasterium fuerit spectatum rei eventum.

Praedictus autem princeps Landgravius Hessiae, etsi adeo graviter hanc repulsam tulisset, ut deprehensum propterea quempiam ex nostris exoptasset excoriari pro tympano; postea tamen anno 1626 vel circiter in oppido Weissensee coram Electore Saxoniae Domino Johanne Georgio, cum hujus rei mentio incidisset, fassus est se quidem illo tempore ita affectum fuisse ob confusionem; nunc vero sibi vel maxime prolari

et commendandos nos valde, qui tam fortiter nostra servaremus et tueremur. Ita retulit auritus testis, Dominus Heidenreich Senior, Praefectus ibidem. Anno eodem supra dictus Pater Prior horreum majus in allodio nostro Kirchheimensi sumptibus subministratis ab Visitatoribus provinciae et munificentia clarissimi Domini Doctoris Lactumi Hirschbergeri, insignis benefactoris nostri e fundamentis aedificavit. Solutis murario 130 fl. itemque fabro lignario 130 fl. Anno 1614 29 Julii, ultimo conventum fuit cum Senatu ita quod ipse propter ruinam muri quae contigit ex incumbentis valli gravamine, semel pro semper solveret monasterio 200 fl. deinde propter exactiones idem servaretur quod in praecedenti recessu conventum fuit, sic tamen quod de super eminenti Senatus ad nullam refusionem teneretur 152 utrimque facta compensatione. Denique ut via | per hortum nucum cunctis quidem pateret, lustratio nihilominus militum post horrea servaretur: e contra Senatus provideret, ne quidquam damni a transeuntibus horto obtingeret.

Ut sane cum omnibus summis infimisque se se humaniter noviset insinuare et accomodare, adeo ut maximo hujus domus commodo primariorum et maxime consulum favore et gratia excelleret: suos tamen interim domesticos, quos maxime forisse debuisset, negligentius curavit, imo sua indiscretione et proprii judicii inhaesione contra admonitiones Patrum, etiam Superiorum omnimodos sibi admodum reddidit adversos, ut hac sola de causa potissimum a regiminis sui anno, qui fuit 1614 prima Augusti in actu Visitationis absolutus sit, atque huic translatus in Astheim, ibidem aliquot annis Vicarium egit ac deinde ad domum professionis suae rediens hactenus ibidem moratus fuit.

XLII. Dominus Bruno Fleischmann.

Absoluto, ut jam dixi, prima Augusti mane in Capitulo Domino Johanne Naundorffio, Patres professi unanimiter apud Venerabiles Patres Visitatores postulaverunt sibi praefici in Priorem Dominum Brunonem Fleischmann tunc Vicarium, quorum petitioni Visitatores satisfacere volentes, eodem die post Vesperas regulariter persolutas, omnibus denuo in Capitulo congregatis eundem ut postulaverant, in Rectorem domus praefecerunt: qui deinde in sequenti Capitulo generali Prior dela-

44. 1er Août 1614 – 1620. D. Bruno Fleischmann.

Profès d'Altzaim et vicaire d'Erfurt depuis 1611, nommé Recteur par les visiteurs le 1er Août 1614 et prieur au chap. suivant.

ch. 1615. D. Brunonem Fleischmann, professum S. in Altzaim, a PP. Visitatoribus in Rectorem S. Ursulæ institutum præsumus in priorem dicta S. – ch. 1617. (m. S. Hadrianopol.) et D. Jacobum Bolag, professum Erfordiæ, in vicarium a Visitatoribus institutum confirmamus. – Priori S. Ursulæ non sit mira et D. Sebastianum (Borberger) professum S. Hadrianopolis in vicarium a Pr. institutum confirmamus. – (m. S. Altzaich) et D. Joannem professum Erfordiæ in vica-

-rium

ratus est et confirmatus. Erat autem pietate et devotione fervidus, regularis observantiae observantissimus, eruditione et prudentia tum dexteritate et industria in rebus agendis laudabiliter insignis.

Cum primum humeros oneri administrationis domus supposuisset, ut erat
133 devotionis actibus admodum addictus | ab ipso Iove, ut dicitur, hoc est cultu Dei principium et initium operum suorum statuendum prudenter ratus est. Deo anno 1615 et sequentibus de summa pecuniae quam Senatus tenore accordationis nuperrime confectae et confirmatae pro recompensa perpessorum detrimentorum et jacturae aedificiorum monasterii per aedificationem aggeris sobrit. 500 similiter florenis ad Ecclesiam quae neglecta hactenus et inculta, insuper multo pulvere et caligine parietibus obductis, tenebrosa et horrida admodum jacebat, renovandam animum adjecit.

Igitur veteri tholo templi ejecto, novum ex integro, ea quae nunc visitur et conspicitur, forma et ornatu, arma Dominica Passionis angelis deferentibus, pulchro ordine et inauratis interjacentibusque rosis, atque variis picturarum emblematibus affabre elaboratum et sumptuose restituit, totamque Ecclesiam tinctura et picturis, et tabulis grandiusculis insigni pictura et devotione plenissimis passim ex parietibus suspensis insigniter et eximie illustrem splendidamque fecit. Chorum quoque monachorum sublato veteri interstitio, amplissimum reddidit translato ostio templi.

Eodem tempore et iisdem pecuniis et aliis ab Senatu ministratis materialibus, ut calce et lapidibus sectis, murum in area culinae jamjam casum minitantem instauravit, et pilarum firmitate fulciri curavit. Superimposito parieti ligneo et tecto porrecto ligneo pro culina tuto a pluviis conservandis, loco admodum accommodato, expositis in murarium 80 fl.

Anno sequenti 1617 in villa Kirchheimensi novum e fundamentis ex introitu portae cellarium excitavit. Eodem anno altare S. Crucis in choro Conversorum denovo consecrari fecit per Reverendissimum Dominum Christophorum Weberum
154 S. Theol. Doctor. Episcopum Stacalonensem, et Reverendissimi Archiepiscopi | Moguntini Johannis Schweichardi suffraganeum.

Ipso anno M. Jeremias, Parochus Tonnensis ex bonis nostris ibidem voluit

rium institutum confirmamus. — Le Prieur d'Altheim, D. Denys Fichtlein, étant mort le 26 janv. 1620, D. Bruno fut élu prieur de la maison de profession. ch. 1620. D. Brunonem Fleischmann, profess. in Altheim, a conventualibus dictae P. in priorem electo et a R.mo Patre confirmato nostrum et D. Joannem, professum Erfordiae in procuratorem instituimus, confirmamus. — D. Bruno fut prieur d'Altheim jusqu'à sa mort, 6 oct. 1639. — ch. 1640. obiit D. Bruno Fleischmann, profess. et prior P. in Altheim, vis. dator. prov.ae Alamaniae Inferioris, (alias prior P. Erfordiae, ubi é) habit. plen. cum pl. monach. et mitt.ae B. M.ae per tot. ord. et amic. parch. sub 6 oct. (1639). — Fut visiteur 1623-1628, visiteur 1628-1639, 6 oct.). — Ephem. III. 506.

habere decimationem, annuè 2 Scheffel tritici, quos cum colonus noster dare noluisset, eundem apud Satrapam accusavit, sed Prior illi assistens, huic jus decimandi penitus denegavit, etiamsi priores villicos decimationem dedisse comprobasset, hanc etenim ex propriis, non vero monasterii bonis omnino liberis praestitisse, Prior remonstravit. Substitit haec controversia usque ad annum 1623 quo sequens Praedicans M. Georgius Eccelius eandem renovans Priorem apud Praefectum primo, deinde anno 1624 5 Jan. apud ipsum Comitem Johannem Ludovicum a Gleichen accusavit, a quo autem sub poena executionis 29 Feb. solutis imperata, sed a Priore constanter recusata fuit, quia decima quas Parochus ex suo registro in vim solutionis adduxerat, non ex nostris, sed Wenacensis Carthusiae bonis, modo a comite occupatis, colligebantur.

Anno 1618 Prior Vivarium majus in horto olerum multo tempore neglectum et collapsum inutile prorsus repurgari fecit sumptibus amplius 80 fl. ex in medio discreverit ut amodo essent duo: sed contrario quam sperabatur eventu, fructus, et incremento piscium. Verumtamen bene merendo de monasterio impiger et studiosus anno qui sequitur 1619 majus refectorium Patrum de novo tabulis pulchro columnarum ordine distinctis opere seriniario satis eleganter vestiri curavit. Quamvis ex indiscreto artificis, et impetuoso conatu in resolvendis veteribus asseribus et tabulaturis trabes tholi alias carie et senio per se parum firma, grave vitium, ut in dies magis ac magis apparet, acceperint, ut nisi tempestive malo occuratur, procul dubio onere ferendo succubiturae videantur.

155 De licentia autem superiorum annis superioribus 3 agros vinearum portis civitatis in Pruleto proximos, cuidam civi hortulano pretio abunde caro 600 fl. vendidit, attamen praeter intentionem et spem pretio pessime elocato hominibus, qui aut propria negligentia, aut injuria temporum et militaribus enactionibus exhausti sunt, ut solvendo nequaquam forent.

Eodem anno 1619 Johannes Ernestus Dux Vivariensis ansam quaesivit quatenus lignetum nostrum in Richeim invaderet: suggestum quippe illi fuerat, lignetum quoddam illic esse, dictum das Mönichholtz, cujus possessores annue ad unam

tornam vini et panes aliquot prebendos Satrapia Chranichfeldensi tenerentur,
nec a 50 annis quicquam ediissent, unde hoc ad lignetum nostrum derivans, a
Valentino Koill questore ibidem hujus rei instructionem petebat, hic vero ex
veteribus documentis melius instructus, et fautor hujus Domus, Ducem aliter
informando a sinistra sua opinione removit. Sic enim retulit: fuisse aliquando
lignetum sub ditione Comitum a Reussen, Augustinensium nuncupatum, quod
olim Domino Henrico Franeken Secretario dictorum Comitum in feudam con-
cessum fuisset cum tali conditione, ut ex eo quotannis Patribus Augustinianis
hujus urbis certam portionem lignorum conferret, qui vice versa, prefatie
Satrapie quartale vini Hispanici, aut duo Alsatici loco census in annos singulos
preberent. Cum vero successu temporis monasterium dictorum Patrum in personis
defeciset, unico duntaxat monacho superstite cui D. Franeken prefixam portio-
nem lignorum integram noluisset prebere, ipse mediis paulatim deficientibus,
156 sumptis secum | melioribus documentis monasterium deserens domui Saxonie
Vinariensis hec eadem resignavit circa anno 1592 obtenta vicissim pro sustentatione
100 florenorum annua largitione, sicque Kahlam se conferens, ducta uxore post
biennium ibidem infelix obiit; de relicto autem monasterio nec Satrapiam cen-
sum prescriptum amplius accepit.

Verum enim vero dum hec ita agerentur, et in pace videbantur firma om-
nia, et domus domi foriisque floreret, uti in humanis nihil est stabile unquam
ac diuturnum sicut foris subito rumores belli armorumque strepitus personarunt,
ita ex immatura R. P. Dionysii Fichtlini Prioris Fontis B. Marie in Astheim
morte, domus hec haud equidem mediocriter concussa et perturbata fuit. Celebrata
namque de more canonica electione, unanimi comprofessorum dicte domus con-
sensu eligitur in Priorem Venerabilis Pater noster Prior eorum comprofessus Dom.
Bruno Fleischman, patria Cronacensis, diocesis Bambergensis: quare juri suo
cum cedere nollent comprofessi, auctoritate Capituli generalis et Patribus Visitatorum
multo animi nostri dolore a nobis subtractus, et Astheimii in domo professionis sue
Prior inauguratus est 30 Junii anno 1620 obiit vero ibidem anno 1640 6 Octob.

annis 17 hujus provincie Allemanie inferioris Visitator, nec non provinciarum Rheni et Allemanie Superioris quandoque Commissarius specialis.

XLIII Dominus Johannes Arnoldi.

Dominus Johannes Arnoldi, Villinganus, ex Hyrcinica sylva Suevus, pau-
157 per et in laboribus a juventute sua Anno 1583 mense | Februario die undecima matre Agnete Haringin in partu periclitante, et defungente divina ope, ne paulo minus habitassent in inferno, servatus, provecta cuidam etatis femine quo-valuit sterili ac mucido lacte nutriendus traditus fuit. Mox a parente Gregorio Arnoldi quoque defuncto, pupillus factus absque patre, sub avia Lucia Haringin laudatissime virtutis femine clientela educatus est, et scholis ac literis addis-cendis ab eodem adhibitus, donec anno 1596 cum Domino avunculo suo Doctore Johanne Haleio, Principis Herbipolens. Consiliario eodem ad studia apud Patres Societatis Jesu prosequenda missus est.

Ibidem ergo constitutus a juventute, licet aversus et alienus a statu ecle-siastico, divina tamen singulariter praventus gratia et Spiritus Sancti adeo fortiter incitatus calcaribus, ut cum studia omnino, ad minus autem cursum philoso-phicum absolvere prius intenderet, nequaquam permiserit impetus Spiritus vocationis.

La propter amanter divine voluntati morem gerens, anno 1601 10d. circa secundam Vespertinam S. Ordinem Carthusiensem Herbipoli anno etatis sue 18 intravit, et habitum monasticum eodem anno in festo Presentationis B. V. M. accepit, et sequenti anno eodem reverente Solemnem professionem pro domo Montis Ste Salvatoris Exfordia emisit. Anno vero 1603 Sabbatho Invocavit pri-mam tonsuram et quatuor minores, et sequenti 1604 Sabbatho ante Dominicam in Passione Subdiaconatus Ordinis sacros ab Reverendissimo Domino Lucharo Sangio, Suffraganeo Herbipolensi accepit, atque mox postridie festum S. Bona-venture Exfordiam ad domum sue professionis dimissus, ibidem stabilis perman-
158 -sit. Post hec anno 1607 mense | Septembri Diaconatus, et iterum sequenti anno Sabbatho Invocavit Presbyteratus ordinibus ab Reverendissimo Domino Valentino

45. 30 Juin 1620-1638, 9 Avril. D. Jean Arnold.—

ch. 1620. Domui Erfordiæ priora destitutæ concedimus electionem, cui præsidebit pater visitator cum socio a latere mandato. — Est D. Jean Arnold, profès de la maison, qui fut nommé Recteur par les confirmateurs le 30 juin, et prieur par le Rd Père le 9 sept. 1620.

Né à Willingen de Souabe le 11 févr. 1583, entra à 18 ans à Wurzbourg et y fit profession le 21 nov. 1602, mais pour être profès d'Erfurt — après avoir été ordonné soudiacre la veille de la Pentecôte 1604, il partit pour Erfurt le 15 juillet suivant. Ordonné prêtre le 1er mars 1608: antiquior Sept. 1608 et peu après vicaire jusqu'à 1610, 7 Mars — de nouveau antiquior 1614, 3 août: vicaire 1614, 9 nov. — procureur 1616, 3 juillet jusqu'à la nomination de Recteur 1620, 30 juin. —

ch. 1621. Priori P. Erfordiæ non fit mia. Et D. Michaelem Bender, professum P. in Neuhalthausen, a visitatore ad vicarium institutum confirmamus. — D. Michael avait été nommé sacristain à Wurzbourg au chap. de 1617 et était retourné à Neuhalthausen en 1618. — ch. 1624. (In Dno Asthaim) et D. Patrum, professum P. Erfordiæ, a priore in sacristam institutum confirmamus. — ch. 1625. (In Dno Buren) et D. Joannem Welsium, professum P. Erfordiæ, in vicarium a PP. visitatoribus institutum confirmamus. ch. 1626. D. Patrum, professum P. Erfordiæ, in vicarium P. in Asthaim institutum confirmamus. ch. 1627. D. Michael Bender, profès de Neuhalthausen et vicaire d'Erfurt depuis 1620, est nommé prieur de Schmalk. ch. 1630. (In Dno Ilmbach) et D. Joannem Walz professum P. Erfordiæ in vicarium institutum confirmamus. — ch. 1631. Priori P. Erfordiæ non fit mia. (In Dno in Ilmbach) et D. Vitum (Herbst) professum P. Erfordiæ, in procuratorem institutum confirmamus. — ch. 1632. Priori P. Erfordiæ non fit mia. ch. 1635. D. Vitum Herbst Rectorem P. in Ilmbach præficimus in priorem P. in Grunau. Priori P. Erfordiæ non fit mia. ch. 1636 et 1637. Priori P. Erfordiæ non fit mia. ch. 1638. Priori P. Erfordiæ non fit mia. Le chapitre était celui de 3 mai. D. Jean Arnold était déjà mort, puisqu'il trépassa le 9 avril 1638.

Stiope, Abbate monasterii Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et suffragano Eminentissimi Archiepiscopi Moguntini Erfordiæ initiatus fuit, crastina statim Dominica Reminiscere, quæ fuit 2 Martii primitias solemniter celebravit.

Deinde eodem anno mense Septemb. in Nativitate B. V. Mariæ a Venerab. Patre Conrado Bertaio Priore, prima vice Antiquior, et mox Vicarius institutus fuit. Verum anno 1610 in festo S. Thomæ Aquinatis ad instantiam et importunitatem Conventualium ab eo denuo degradatus, est privatus Monachus magno suo solatio et animæ voluptate delituit donec anno 1614 post inaugurationem V. Patris Brunonis Fleischmanni in Priorem, ab eodem iterum 3 Augusti antiquior, et paulo post 9 Novemb. Vicarius declaratus fuit. Vacante autem post hæc anno 1616 officio procuratoris, ab eodem Patre Priore 3 Julii Procurator institutus fuit: ac deinde anno 1620 post prædicti Patris Brunonis translationem ad domum suæ professionis Pontis B. Mariæ in Asterheim mirabili divini Consilii dispensatione, celebrata ad formam statuti canonica electione, posthabito delectu a Venerabilibus Patribus Visitatoribus, Patre Martino Schendero, domus Horti Angelorum Herbipoli Priore, et Patre Hieronymo Schweiglero, Priore Domus in Ettembach, rector domus hujus designatus est 30 Junii, et paulo post ab Reverendo Patre Domino Brunone de Affringues, Generali totius Ordinis 9 Sept. ejusdem anni per
159 literas in Priorem institutus et confirmatus | est, primus ab integro centenario professus domūs Prior. Verumtamen exaltatus (totus), humiliatus est et conturbatus, vere autem eum, ~~circumdederunt~~ transierunt iræ tuæ Domine, et terrores tui conturbaverunt eum, circumdederunt eum sicut aqua tota die: quinimo elongasti ab eo autem amicum et proximum.

Videns autem domum sibi commissam et creditam passim ædificiis vitiosam et ruinosam, ad ejus instaurationem animum adjecit: atque imprimis a prædecessore suo contractum et conventionem cum pictore de illustrando refectorio majori ratum habuit, et picturis, et auro argentoque adornatum splendidum reddidit expensis 79 fl. Et in molendino eodem tempore tabulatum quod vocant die Vordecken mit 2 grimmich 36 fl. reparavit, anno 1621 pro restitutione totius tecti molendini iterum præter sumptus et pretium tegularum, ac calcis 52 fl. expendit, et in monasterio pro superstructura

ch. 1639. obiit D. Joannes Arnoldi professus et prior Erfordiae. — Le mscrol. dit aussi au 9 Avril: „V.P.D. Joannes Arnoldi prior hujus D. 37 —

Voir Epham. 9 Avril (1.662-663). Illas le résidant profès de Wurzbourg, il abien fait profession à Wurzbourg mais pour être profès d'Erfurt; aussi à ch. 1639 dit justement „profes et prior Erfordiae". Il a recueilli les chroniques de la maison faites avant lui et les a continuées. C'est ce qu'on appelle: la Chronique de D. Jean Arnold. — Mort dans la 56e année de sonage et la 37e de religion, a beaucoup souffert de l'invasion des Suédois —

Le 16 juin 1632, les religieux (6 prêtres 1 prieur compris Ulnsaire convers) sont emmenés chez les Augustins, et un gouverneur de la chartreuse est nommé. Le 23 juin 1632, on leur rend la liberté. Le 12 août 1632, D. Jean est appelé par le Résident qui lui montre une lettre de visiteur D. Bruno Fleischmann, le priant de transmettre une autre lettre, d'ailleurs illisible au duc de Bavière; la prieur s'excuse en vain et est emprisonné dans le monastère Militum Miletensium. Le 17 août 1632 est transféré au monastère de St-Jacques des Écossais. Le 14 août les autres religieux avaient été confiés à différents chanoines de la ville. Le procureur D. Jean Wely rejoint son prieur vers le 20 nov. Le 10 janv. 1633, le Résidant donne la chartreuse au Sénat d'Erfurt. 17 avril 1633, n'étant plus prisonnier, il quitte St-Jacques, où il était depuis 8 mois, et avec lui le procureur D. Jean Wely, et D. Henri Kirchoff, qui y étaient depuis 4 mois, et réunit tous ses religieux dans la maison (à Caput porci) d'un chanoine, excepté D. Philippe Hunckel, que le Sénat avait nommé scribe pour la chartreuse. 17 mai 1634 mort du procureur D. Jean Wely, enterré in peristilio primario ecclesiae B.M.V. 10 janv. 1635 mort du prieur D. Henri Kirchoff, enterré près du procureur. 18 janv. 1635. D. Philippe Hunckel, résidant depuis 2 ans, revient, le 23 janv. retracte ce qu'il a fait avec les siens; 1er mars est réconcilié et reprend l'habit et 16 mars est absous. 14 août 1635, va trouver le P. Visiteur qui l'envoie à Waldiz. Enfin le 1er oct. 1635, la chartreuse est rendue, le prieur malade, envoya son sacristain D. Michel Walchen, pour l'acte de réception. — 6 oct. 1635 le prieur y chante la messe

voir la suite plus loin pag. 188. —

tabulae majoris altaris, quam Hagiopoli Sculpi curavit Rom. Reverend. et Eximius Dominus Augustinus Friderici, Decanus B. Mariae, et Sigillifer Moguntinus pictores pro sua quota: nam aliam partem Clarissimus Dominus Georgius Olandus, Consiliarius ejusdem Reverend. Moguntini, ambo Confratres nostri exposuit 75 fl. contribuit.

Eodem item anno impetus fluvii dicti die Unstrudt, novum alveum faciens, magnam prati et salicum partem violenter nostris pratis adjecit, reddendo similiter cum foenore, quod successivis vicibus et annis absteterat: hinc inter Priorem et duos
160 vicinos de Blonschleben, quibus ea pars adempta, dissensio | gravis exorta fuit, quam ut sedaret, hoc anno 16 April. rusticis pro redimenda vexa 93 fl. obtulit, sed immiscens se Fridemannus a Salmnitz, Dominus proprietarius partis adjectae, ex quod fundus sibi censualis propter hunc contractum diminutus fuisset, et Priorem apud Johannem Georgium Electorem Saxoniae 10 Maii traxit in judicium, obtinuitque Commissarios Dominum Georgium a Niswitz, Capitaneum Frisburgensem, et Melchiorem Heidenreich, Praefectum in Weissensehe, qui previa loci inspectione in Kranichborn inter utrumque dijudicarent. Sed Prior coram illis noluit comparare, quod causa haec ad forum in Gebesehn pertineret, interim nummos rusticis promissos apud Quaestorem deposuit, quoad lis dirempta foret. Verum tamen Domino a Selmnitz mortuo, et nummis a Quaestore consumptis, anno 1628 Socer unius rustici praefati Priorem rursus convenit apud Dominum Mauritium Christophorum a Werthern Dominum in Gebesehn urgens illum a pecunia promissa solutionem, aut partis adjectae cessionem cogi debere, qui cum Priori ad parendum in suo judicio 2 Decemb. constituisset, declinavit, tum quod tanquam ecclesiasticus nec illi subditus, ad forum ipsius ipse forum ipsius citari non posset, tum quia ob nummos semel datos ab hac lite se immunem fecisset. Quamquam nec sic acquieverint rustici praedicti, quo minus anno 1631. 17 Novemb. eandem litem denuo moverent, sed irrani processus effectu.

161 Eodem quoque anno Prior imaginem grandiusculam | Beatissimae Virginis Mariae in pago Weringshausen contemptam et ludibrio malignantium expositam, precc ab Eximio Domino Doctore Johanne Webero Superintendente Artlfensi impetratam, expolitam et auro argentoque artificiose vestitam una cum crucifixi veteri imagine ob vetustatem neglecta, sed reparata, in fornice majoris

Ecclesie erigi curavit sumptibus amplius 70 fl. in predicta autem Crucifixi imagine in capite ejusdem insignem thesaurum reliquiarum invenimus, inter quas exstabat egregia pars ligni S. Crucis, quem tamen iterum obsignantes, ibidem reliquimus designatione reliquiarum Sanctorum intra scabellum imaginis Beatissime Virg. Marie adfixa.

Quinimo hoc ipso anno nobilis et pientissima Domina Dorothea Hüu=
=goldin, nata a Milvitz, patricia Erfordiana in morte sua legavit domui H
pinguissimos agros terre arabilis ante portam S. Andree / bei dem Brucklein gegen dem Mainzischen gebaudt / a sinistris exeuntis, cujus anima inter agmina celestium spirituum jugiter collateteur, h h s participationem Ordinis.

Accidit quoque hoc eodem anno ad festum currente post festum S. Martini Episcopi, ut 1000 fl. ad reemptionem elocati, redimerentur occasione qua se=
=quitur. Testamento olim anno 1617 sub predecessore Patre Brunone Fleischman Excellentissimus Dominus Doctor Joachimus Hirschberger, medicus domui in morte sua legaverat 1500 fl. trecentos autem jam annis precedentibus Pater Prior Johannes Naundorff pro edificatione horrei majoris in villa Kirchheimensi accomodato acceperat, ducentos pro Cella Literæ C restauranda (sic ordinave=
1627 =rat legator). Patres Societatis Jesu heredes P. Brunonis tunc | Priori in pa=
=ratis numerarunt: mille vero alii restantes elocati fuerunt apud quendam mercatorem hic Erfordiæ, nomine Melchiorem Zimmerman ad reemptionem pro annuo censu, quem etiam quotannis fideliter accepimus. Acceperat autem predictus mercator summam istam 1000 fl. ab ipso benefactore in puris et solidis imperialibus daleris, singulariter 666 et uno floreno in parva moneta usuali hac conditione ut totidem similiter eandem summam ali=
=quando redimeret. Accrescente autem imperialis pretio, uxor dicti mercato=
=ris per suum litis curatorem cum Patre Brunone Priore agere cepit, ut pro certa offerenda pecunia imposterum predictam summam capitalem minime teneretur in specie solvere, sed probata tantum et usuali imperii moneta; persuasit, accepit 90 fl. pactum et conventio literis summæ capitalis consignata fuit.

Labuntur interim anni duo aut tres ad summum: Anno autem 1621 translato jam Patre Brunone vigente tum vel maxime adulterina illa moneta quam Plätzergeld nominabant, quando jam pretium et valor unius imperialis ad 9 fl. ascenderat integros, dictus mercator summam capitalem 1000 fl. omnino redimere statuit, cui etsi pro viribi restituisset monasterium, nec nullo modo Pater Prior ad acceptandam persuaderi potuisset, nihilominus vigore tenoreque memoratae conventionis compellentibus et urgentibus Consiliariis et officialibus, Sigilliffero potissimum Domino Augustino Friderici et Praetore Moguntino, Domino Lodoco Helmsdorff, dicta Capitalis redemptionem in 222 Talers Angelicis, vulgo Engelthaler, et uno floreno usualis monetae ac-
163 -ceptare, quemlibet singulariter pro 5 fl. | ut bonam et probatam in imperio monetam compulsus est, totius poene summa jactura: Anno siquidem sequenti 1622 circa festum S. Michaelis quilibet istorum talerorum ad 8 grossos restrictus est.

Praedictam autem summam, cum nequaquam ispicam, licet varie tentatum sit, exponere ad recemptionem denuo potuisset, Prior licentia petita et impetrata a Superioribus, eam in aedificiis reficiendis Domus, et novis insuper erigendis impendere voluit, sed tarde venere bubulci: tempore enim solutionis aut enim vilescerat, aut jam restricta fuerat: ne tamen tanti benefactoris memoria depereret, et si ne obolum pro structura hujuscemodi domus nova Visitatorum expenderit, sed in frumentis satisfecerit artificibus, insignia nihilominus ejus gratitudinis ergo imponi placuit. Porro supputatis istis angelicis talleris ad restrictionem 8 grossorum, faciunt in justa et probata moneta 73 imperiales et 10 grossos 36 fl. et 4 grossos, jactura autem 914 fl. minus 4 gross. Supputati autem supra posite imperiales ad valorem, quo valebant tempore elocationis primae pro 2 fl. faciunt 100 fl. minus 6 d jactura autem 190 fl. Verumtamen cum jactura haec et damnum transcendat mediotatem summae capitalis, tanquam casus enormis laesionis rescindenda est justitia in judicio, quod utique jam factum fuisset, nisi Regis Suecise intervenisset adventus. —

Anno 1622

Anno 1622, profatus prior pro ecclesia ornatu antipendia duo pro minoribus altaribus ex panno damasceno albo pro 29 fl. curavit, atque refectorium,
p.164 minus, ubi olim fratres colloquium habuere, sumptibus amplius 12 0 fl. | instravit et picturis illustravit. Eodem anno cuhnae novam turrim 63 flor. pretio imposuit. Eodem tempore et anno autem exstruere coepit novam domum visitatorum, positam contra valvam, pecunia partim, ad ulterius, partim justa et probata, ad ulterius scilicet 1067 fl. 17 grs. probata, 166 fl. 17 grs 6 fl. tam e modo frumenti, et 3 quartalibus fabro lignario.

Anno vero 1623, in molendino iterum exstruxit de novo [die ühlige Grimmig] expensis 43 flor. et 9 grs. Eodem anno ex legato duorum, novitiae professorum, patris Viti Herbst et patris Liliani Hengels, altare Ste Michaelis et omnium sanctorum, fieri curavit sculptura satis bona, sumptibus 205 fl. 17 grs. uno quartali tritici, et uno hordei. Hoc ipso autem anno abs dominis tribunis et senioribus textoribus tapetiorum, ad quos jus aquae Crisontis spectat, accedente amplissimi senatus consensu et approbatione, uti literae super hoc confectae et utrimque confirmatae testantur, rivulum aquae [Blindorklingen] alias vocant, sub certis conditionibus, ut singularitas tempore hyemis et incendii, obstructus super os sive meatus canalis pro irrigatione horti hirci vulgo [der Bocksgarten] genandi, retro monasterium, ad orientalem plagam, precario et gratis impetravit.

Hactenus prospera satis omnia, sequentur futurorum certaminum quasi praevia velitationes: hoc enim eodem anno 1623 in autumno P. Priorem revertentem ex Ilmenau cum curru onusto piscibus carpionem, in valle proximo civitati, decem inter aurigas medium, quinque adversarii milites haeretici invaserunt,
p.165 atque post frustratos fistularum, | pectori admotarum, terrores, contemptosque, verbera conversi, gladiis evaginatis baculisque nodosis capite totum, lividum sanieque undique cruentum violenter extulerunt, lesatumque utraque manu hinc et hinc ad nubes equis insidentibus tursum, extensum, nudo cultro vestes ejus, interiores etiam quaque versus rimantes resolventesque, equo, pecuniis et aliis exspoliatum, tandem reliquerunt. Putassent fabros, consulto ad tundendum ferrum, ter ingeminque convocasse, sic quasi ad modulos scitae verberis, ictus ingeminabant, et intrasonantibus crebris convicionum, maledictionumque encomiis, malos

dabant

dabant auribus. Domum ergo pedes aegra et sero reversus, industria chyrurgi bene restitutus est: attamen fistularum, inflicto in capite symbola et cicatrices, quoad vixit, retinuit, et doloribus inde capitis, frequentibus catharris et memoriae defectu laboravit.

Anno sequenti 1624, pro antipendio in lectorio Evangelii ex serico coloris rubei intexti nominibus Jesu et Mariae opere plumario et aliis aurifabrefactis emblematibus expendit 4 thalr. Deinde pro sculpta resurgentis Christi Salvatoris imagine deorum, cubitorum longa, et eyusdem picturae solvit. Et alios 35 fl. in molendino pro 6 receptaculis farinae et duabus majoribus rotis aquarum et uno dentato cum suo pastili nervo. Similiter in minori Prembach, in torcularibus communem, tecto restaurando expendit 16 thal. Item pro restitutione vivarii in horto nucum, sive lupuleti et eyusdem canalium, 12 fl. et unius quartali frumenti.

p. 166. Post haec in area aquarum, collapsum, murum contra vallum, cum meistris pilis expensis 18 Th. et dimidio maldro tritici praeter expensas lapidum, et cementi, restitui curavit.

Anno vero 1625, pro aedificatione veteris gallilaeae, paulo ante violentia et impetu ventorum, collapsae contra vallum a plaga meridiana, et pro superstructura aedificii, ad arcendum eludendumque saeculorum, ex aggere intra monasterium, prospectum, et alias plurimas insolentias et inconvenientias, nec ad detrimenta animarum, evitanda, expendit hoc et sequentibus 1626 et 1627 annis in universum, 495 fl. 2 mld. et unius quartali frumenti. Item in molendino contra impetum aquarum, imundantium, pro aggere e lignis et terra composito 17 fl. singulariter. Eodem anno in allodio nostro Kirchheimensi pro reparatione ruinosae domus monachorum, expendit 3 mald. tritici et 16 fl. —

Domum, hoc eodem anno ex tribus periculosis casibus et infortuniis (erat enim ei dimatericus) divino auxilio salvus et illaesus, in die Ste Catharinae virginis et martyris manu celebratis divinis officiis, rheda, in Salzburg, comitatus scriba et Rdo Patre Casparo Baurschubert, priore Augustinorum, profectus, ibidem in decretionem agrorum renovatorum, cum in itinere circa locum, vineasum, nostrarum, in [Gispersleben] prospere processisset, ibidem autem, mustela quaedam, cauda nigra

nigra coeterum alba per totum, infrapalos vitium, in cumulum, jacentium, sese
recipisset, et dicti comites eandem capturi descendissent, ipso solo remanente,
contigit ut perstrepentibus illis quavoce, quaverberum ictibus, equi exterriti
progredi inciperent, quare Prior periculo cedendum, naturae ratus, cum frustra
f.167. aurigam, qui equos sisteret, | inclamasset, omnia solicite circumspectans, restes
autem caute colligendo ne qua parte rhedae aut rotis inhaerarent, descendum, pa-
ravit, ex gradu igitur inferiori pendili cum pastum, plenioram, ad serian, facisset
pede sinistro, atque oculis se ad equos cohibendos convertisset, tibiam, medium
fractam, deprehendit stupentibus omnibus nec tamen credentibus, donec oculis
ipsimet inspexissent. Quapropter domum reversus, tredecim integris hebdomadibus
lecto affixus jacuit curatione parum prospera, claudus enim et aegre pedibus
perpetuo remansit et doloribus gravissimis obnoxius. —

Post haec Anno 1626, cum nonnihil convaluisset, ad cellam baptorii
restaurandam animum adjecit, atque pro substructione sive aedificio muris inf-
orendo fabro lignario 8 ß ff. et duo quartalia frumento persolvit, cujus tamen
erectionem remorata est bellorum injuria. —

Anno 1627, altare antipendium, sub honore Stae patris nostri Brunonis pro majori
altari 13 thal. pretio viridi et violaceo serico discriminatum, fieri curavit.
Anno deinde 1628, cibarium in braxatorio a fundamentis novum, aedificavit
33 ff. simulque in molendino pavimentum novum ex levigatis asseribus stravit 8 ß ff.
Denique eodem anno sacrarium cum Reliquiario in summo altari ex munifi-
centia et legato excellentissimi Domini Georgii Olandi, consiliarii Eminentissimi
Electoris Moguntini, et Ursulae conjugis ejus, adeam quae nunc spectatur, form-
am, cultum et ornatum sculpi, fieri adornarique fecit sumptibus 12 ß ff. 17 gros.
Adjecit hisce eodem anno pro ornamento ecclesiae et directione divini officii
f.168 insigni artificio absolutissimum, mirandumque opus horologii, in quo praeter com-
munem indicem, et distinctionem horarum et quadrantum, lunae quoque cursus,
dies currentis hebdomadae et calendarii perpetui festa, dies quoque cujusque
mensis accuratissime designantur.

Anno 1629, agrum unum, vinearum [Waschleben] abs Nicolao Dorla incola
ejusdem pagi nobis hereditarium et vicinum, pro remissione retardatorum cens-
-uum

cum hereditariorum et 21 Thlr. comparavit. Eodem anno canalem cupreum in area Domus 66 Thlr. fieri curavit 83 fl. —

Anno 1630, ob frequentes ejus infirmitates, cum autem potius immunis vacationis vicariatum, quo liberiorem commodioremque ad ipsum Patres conventuales recursum haberent, dum in medio eorum quasi habitaret, veteris prioratus superioris contignationis habitacula, cubile singulariter cum hypocausto habitationi Hoe congruum instruxit, ibidemque (donec anno 1632 a Rev. Dente Regis Hueciae ob literas P. visitatoris interceptas, evocatus, imminentis mali ignarus, ab eodem captivus detentus est, ut ex sequentibus patebit.) habitavit. —

Eodem anno ob penuriam lignorum, et periculum, pro hujusmodi excurrendi ad sylvam, veterem dimunculam, antecessores monasterii, quam [das Katzenhäuslein] dicere, quod dim. famuli domus pro ea conjunctim declinare consueverant, funditus everit et vicinam domum, dedit.

Ipso anno 12 nov. Rev.mus Pater Bruno Fleischman, provinciae visitator primarius ad supplices suas preces bina obtinuit mandata a Ferdinando 2o Imperatore; alterum ad episcopum Osnabrugensem, quatenus nobis gratificaretur, ut bona praedictam Passavienses, a Duce Vinariensi et comite de Gleichen nobis ablata, restituerentur: alterum ad senatum Hallensem, ut census nobis debitos persolveret; nautrum vero profuit propter subsecutos bellicos tumultus. Eodem anno 13 dec. lata fuit sententia in camera Spirensi contra ducem Vinariensem pro nobis, uti supra in priore 8o mem. memoratum. p. 169

Quae autem incommoda, molestias, quasve difficultates hic Rev. P. Prior in administratione sua pertulerit praeter ea quae intrinseca sunt, e sequentibus ob iter pauciora potioraque insinuasse magis quam recensuisse sufficiat. Nam praeter militares contributiones et exactiones Principum, Magistratuum, duplices, triplices quadruplices que in uno libero nostro et privilegiato allodio Kirchheimensi expensae et sumptus militares ab anno 1622 usque ad adventum regis Hueciae, licet posterioribus annis tribus aut minus duobus, speciali Caesareo diplomate exemptus fuerit, ultra 4000 Thlr. exacti sunt.

In allodio quoque Lonnensi ultra 1000 Thlr. quae omnia admissum ex monasterii et villici Georgii Beiers computo ac designatione demonstrari potuissent, nisi

nihil ex improvisa et immerita nostra expulsione e monasterio cum aliis plurimis
potioribus et notabilibus ignominiis in manus et potestatem deripientium devolutae fuissent.
Durantibus autem his et exulceratissimis Martis tumultibus, diversis vicibus
14 fortissimorum, equorum, violenter ereptorum, ex quibus nullus infra 50 thlr valuit,
jacturam sustinuit. Quinimo adhuc anno 1631, paulo ante adventum regis
Sueciae cum exercitu, hoc est, postridie nativitatis beatissimae Virginis Mariae,
p.170 in reditu | ex sylva Reichenensi ex insidiis et improviso a quibusdam, nequam, equestribus praedonibus interceptus, et terribiliter advolutus, violenterque ex equo
deturbatus est, ut cognovi tam, servarit, mitiori quidem, sive celeriori certamine
quam, prius, duorum tamen equorum, jacturam damnum incurrit 3 ofl. Egregios
enim meliores que equos nostros jam, ante duos menses emidam, cum areo colonello, futuri quasi periculi et detrimenti praescius, pro 150 thlr et unum equum vendiderat, et precium, in necessarium, domus provisionem, converterat: ex quibus
tamen insignibus adhuc tredecim, regiis haereditis, Mensor, vulgo [quartiermeister]
pro cujusdam, primarii ducis exercitus regii hospitii et alimentationis onera rediendo amovendoque accepit. —

Cum, pluribus ejusdem annis sub hujusmodi proelo tribulationum, nos lectissimumque desiderassent, et interim, domi foris que minus aequo fautores judicesque sustinerent, corporis quoque infirmitates indies magis ac magis accrescerent, hoc et alienae quietis et solutis non tam avidi sum, quam, propriae insufficientiae probe gnarus et conscius,
frequentibus tam apud R^dum Patrem Generalem, quam, visitatorem, provinciae pro sui
absolutione ab officio instanter institit, verumtamen irrito conatu et effectu: adhuc enim, ut de prioribus taceam, anno 1631, ipso Sti Matthaei apostoli et evangelistae die
sacro tradita ultimis literis immediate ante regis adventum, admodum, curiose cuncta
super hac ejus instantia correpsit (potuissent formalia verba superioris poni,
nisi liber forte quispiam, ea desideraret) obtendendo quod nec fieri posset, adductis rationibus | nec expediret: ac proinde si ob dilectionem a Deo et ordine sibi injuncta exem-
p.171 plo Christi contentus usque in finem, etiam, si vitam, quoque pro domo sibi commissa
profundere debeat ad perseverandum, serio admoneret. Dictum, factum, ut insequentia manifestius demonstrabunt. Atque utinam, saltem, manus Principum,
non fuisset in transgressione prima, utinam, non in paropside, utinam, ab alienis et

nova

non a suis domesticis traditus fuisset in manus adversariorum animam ejus ; ultimam inimici ejus maledicissent illi, et tolerabilius mare, quorumque ibi commissorum, infamiam, captivitatem, exiliumque sustinuisset ; ultimam, qui aderant cum, ipsa cum maligna locuti fuissent, abscondisset se forte ab eis, ne desperetur patrimonium christi nec vas a sanctuario et vestes sepelles ab principe militiæ transferentur in Babylonem, ne lapides sanctuarii jacerent in capite omnium platearum, in scandalum et improperium, et in maledictum omnium transeuntium. Nunc vero homo unanimis et dux ejus, ac notus ejus quo cum in domo dei ambulavit cum consensu, et dulces capiebat cibos, operatus est omnia hæc ; Benè ergo et prorsus divini spiritus afflatu et instinctu vas electionis Sanctus Paulus Apostolus ad Timotheum, ad monuit, nemo militans deo implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat cui se probavit. Et iterum ad corinthos ? unusquisque in quâ vocatione vocatus est, in ea permaneat etc...

Placuit hic inserere summarian, descriptionem, omnium istorum, quæ spatio 4 annorum, huic domui et personis illius, à hucusque militibus et senatu huyus urbis
p. 178. et areæ, ipsis met verbis, quibus illa sæpe dictus prior vester Pater Joannes Arnoldi accuratissime posteris scripto consignavit. —

Succincta et quasi diaria descriptio eorum, quæ post et immediate regis hadriani adventum, circa nos et monasterium nostrum, contigerunt. —

Anno 1631, 30 sept. cum primum factam, deditionem civitatis a senatu in manus illustrissimi principis ducis et baronis Wilhelmi Vinariensis, et ejusdem ingressum, cum exercitu circa decimam matutinam audivissem, simulatque ex quodam equestri famulo senatus formalia verba regis, quæ eidem senatui eodem mane verbotenus demandasset nos, respicientia cognovissem, nempe : (« dicite vestris sacerdotibus, monachis et monialibus, ut in suis claustris maneant, nihil enim, mali ipsis contingat, si quæ dicam, sint futuri. ») (a). quoquo modo animaquior effectus, ut mihi tutum, fuerem, comptes certum, qui ejus, tam importuni quæ postulatis, quo minus monasterio instalarent, nec quamvis prodiga elargitione vini, cerevisiæ, panis et aliorum, alimentorum, saturari mitigarique poterant, Illustrissimo Duci Wilhelmo, qui in foro ante gradus basilicæ Virginis Mariæ cum toto exercitu tota illa die

(a). — Ces paroles entre parenthèse rouge sont traduites de l'allemand par un religieux d'Heim. Dans la suite tout ce qui sera traduit de l'allemand sera mis ainsi entre parenthèse silencieuse rouge.

et nocte perseveraret in armis, per Dominum, Todocum, Geroldt tunc prefectum Albarum Dominarum, supplicavit pro transmittenda salvaguardia, qui mox gubernatori ex ipsa acie equestri evocatum, ad monasterium, nostrum abire jussit, qui etiam egregie officium suum prestitit, impetumque militum, ad eos portitores fregit et compescuit, ut nemo ne his verbis, tactu insultare, nobis auderet amplius: quinimo

f. 173. contumacium, arreptis semel/iterumque rasculis in fusta contrivit, et ni sibi caverent, sclopeti animadversionem severe minatus fuit; successere tamen jussu Principis alii duo satis autem benevoli, et post paucos dies iis etiam amandatis, successerunt in eorum locum, familiici, merobibuli, et ventris pigri, usque ad salvam guardiam scriptam, comites a Lowenstein.

Anno Redemptionis nostre 1631, 17 sept. sacre Cesaree Majestatis hactenus decennio integro victoriosissimo exercitu apud Lipsiam, Misnie oppidum, a rege Suecie Gustavo Adolpho superata, cesa fugatoque, 30 sept. ejusdem anni illustissimus Dux Saxonie Wilhelmus linee Vinariensis Erfordiam, seditione coepit, et cum exercitu suo ingressus est 2 oct. Rex ipse Dei cum subsecutus victor urbem intravit, cui aggratulationis ergo major aes campanee ascendentis ad montem, monasterii sanctorum Petri et Pauli solemniter pulsatum fuit.

6 octobris, Rex iterum circa Eppenreidianam, cum omni exercitu suo profectus est, et lustratione militum expedita in campo pagorum Ilfmis et Watten, Arenstadii pernoctavit, et altero mane Francomiam expugnaturus, feliciter progressus est. -

Eodem die circa 4 vespertinam, ingresso jam rege protenus cum mandato inscripto redacto, et propria manu subscriptione Dux Wilhelmus primarium aulicum suum N. Hoffmann cum aliis 4 comitibus equestribus ad monasterium, amandavit, ubi sub gravioris pene comminatione injunctum erat, et quicquid in monasterio ispiam foret, omnia nihil celando, manifestaren, et ad oculum demonstraren. Factum ut imperatum fuerat, verum reversi sunt. Adest

f. 174. protenus eodem vespere Principis auriga cum ejusdem/duobus egregiis equis, assumptaque nostra nova quadriga avenam omnem cum saccis et duobus majusculis cantharis nostris avexit, ac deinceps hujusmodi avectiones et contributiones continuate sunt, quamdiu nobis in monasterio manere licuit, tum vino, cereviscia, frumento, fructibus arborum, cera, fceno, ligneis, curribus et aliis hujus-

modi

-modi utensilibus, quod inscribi potuit, residuum fuit. Lacera quotidianas tum molestias aulicorum, et militum, tum rumptus in ipso monasterio. -

Interim, his ita constitutis regius ambassator Dominus Jacobus Steinberg, juramenta subjectionis fidelitatisque a nobis prestanda, tenore quo sequitur, submisit:

(Nos fratres, Johannes Arnoldi, prior, Johannes Welty, procurator, Leonardus Ebert, Henricus Kirchoff, senior, Philippus Hunckel, Michael Dulcken, laicista, et Jacobus Gabell, conversus, publicis his litteris tenore quarum, juramento promittimus atque spondemus coram Stma Trinitate: nullo modo nos, nec verbis nec machinationibus practicis-que nec opere, neque clam, neque publice, quidquid humana fraus excogitare et invenire posset, contra suam regiam Majestatem, et heredes regimen, atque cum his confoederatos et eandem fidem profitentes molituros et conaturos, vel quolibetcumque ratione insensos inimicosque nos ostensuros; sed potius ergo suam regiam Majestatem, et supranominatos, p.175. durante bello, nos fidos amicos et ad officia paratos exhibituros; et neque papali neque alio jure vel privilegio nos ab hoc dispensari curaturos. In fidem hujus propria manu subscripsimus et sigillum nostre monasterii apponi curavimus Anno 1631.)

Juramento hoc fidelitatis rite prestito a toto clero, immediate indictae sunt eidem certae contributiones militares regiae ad certos terminos, quas nos cum, propter pau-periem domus, jam inter similibus exactionibus exhaustae, et ad extremam inopiam pene redactae, in ore salvando non fuissemus, in supellectili sacro profundendo solvere coacti sumus. Ergo praeter pecuniam, quam mutuo et accommodato accepimus, et alias corrodere potuimus, redimus calices 9 patenas totidem, pelves duas, ampulla-rum paria tria, monstrantiam, thuribulum, navicularam thuris, cochlearia parva pro calicibus 6, cruciferum unum, capsas pro agnis Dei tres; omnia argentea, plerague inaurata.

Anno 1632, 9 januarii, sub crepusculum, noctis solemnis aggratulatione totius civitatis venit quoque regina regis Hispaniae, et 12 ejusdem domus discessit Gothamversus. 26 januarii, Reginam, subsecutus est nobilis Dominus Axelius Oxenstirn, cancellarius regni Sueciae, de cujus comitatu in monasterio nostro hospitarunt octo equites.

p.176. 2 Februarii, anno eodem, Pater noster Philippus circa vesperum phreneti laborasse cepit. 5 febr. salva guardia a comite de Lowenstein presentata fuit, prout 4 libri soluti, sequentis formae: (« Loco et in absentia celsissimi principis et Domini Domini Wilhel-mi

-mi Ducis de Saxonia, Jülich, Cleve et Bergk, Landgravii de Thuringia, marchionis de Meissen, comitis de Mark et Ravensberg, Dominiq de Ravenstein hac deputati locumtenentis a Celsissimo Principe et Domino Adolpho, Swedorum, Gothorum, Vendorumq; regi, magno Duce de Finnlandt, Duce de Ehsten et Cäuben, Dominoque de Ingermanlandt: - Nos, Georgius Ludovicus, comes de Ravenstein, Dominus de Scharffeneck, tribunus militum, etc... omnibus notum facimus, gravem allatas fuisse querelas, quod vivae salvae-guardiae in hujus civitatis monasteriis et claustris collocatae suis continuis ingressibus egressibusque magnas molestias monachis attulerint, imo eos in officio divino impedierint. Idcirco vi nostroe plenipotentiae et persuasi hac regiae Majestatis summopere displicare, volumus has vivas salvas-guardias in monasterio ad Carthusiam, dicto sublatas et ablatas. Econtra vero praecipimus omnium ordinum centurionibus hic commorantibus sub gravi poenâ, et inferiorib ordinis militibus sub poena castigationis et capitis, ut abstineant ab omni invasione ingressuque in hoc monasterium, et ut nullo modo neque diu neque nocte personis ordinis in divino officio aliisque negotiis personalibus molestias et impedimenta creent, nedum et hospitia deserant, et eorum bona fortunasque diripiant vel violent, quantopere cujus lib et interesit effugere supradictam displicentiam et poenam. Adeoque patet regiae suae Majestatis expressa intentio et voluntas. officialibus sub appositio cancellariae principis secreto et manu propriâ factâ subscriptione. Sign. Erfordii 23 januarii Anno 1632. L.S. -).-

f.177

f.178 15 Februarii sacrilegae nuptiae apostatae monialis ad S. Crucem cum quodam praedicante celebratae sunt.

1a Martii, incepi conscribere ps alterium, majusculis in folio regali juxta usum et morem S. Ordinis nostri, et in captivitate apud Gothos in festo Ste Patriarchae nostri Brunonis complevi eodem anno, ac deinde anno 1633 in exilio ad caput pro sic domo ecclesiastica hymnario et aliis adjunctum, ipso Praesentationis beatissimae Virginis Mariae die professionis meae anniversario finiri. -

29a Aprilis, laudabilem, ordinis constitutionem, de non admittendis foeminis intra septa monasterii, quam Rex, regina, dux saxoniae Wilhelmus, comes de Lewenstein, regius ambassator et S. Residens, aliisque (aliquot) primarii processus, quando in monasterio sedimus, sacram, inviolatamque habuere, unus Melchior Schwegenfeld patricius

p. 179. patricius male opinatus, fautor vicinus, beneficiis nostris et benevolentiæ ingratus possum ire voluit. Spiritus inquidem, et militaris animi sui specimen, editurus et stratagema, turpis gloriæ cupidus, paternæ autem, et avitæ conservandæ negligens, titulo vero Absalonis de nobis erigendi ac diuturnæ ambitiosique, cum astu doloque minoris portæ adytum, et fornicem, abs conderat, evocatas mulierculas, (nobis tunc pro vespertinis laudibus in ecclesia congregatis), violenter intra monasterii aream introduxit. Verumtamen facinore maturato ex strepitu animadverso, et extemplo omni alio aditu ad interiora claustri fortiter præclusso, in aream domus cum suis prædictis quia venerat ibat, quia non potestatibat, alloquio autem occursuque omni prorsus denegato. Quare ex ipsum, eruberescens, et a propriis comitibus desertus, irae simul et invidiæ et dominæ omnimodæ prophanationis minarum plenus, Nicaënorem, dixisse templo Hierosolymarum offensum, iratumque, quia venerat cum suis regressus est.

16° Junii (1632), de mandato Domini Residentis, Alexandri Esken nuper vesperum hora quasi 6ta e monasterio nostro ad Rev. Patres Augustinianos, (quos jam alibi religiosi dia præcedenti, ut ex sequenti indice patebit, translati fuerant), ducti sumus, monasterio interim, pro gubernatore ab eodem Domino Residente designato, D. Johanne Mullero commissario regio.

p. 180. Nomina omnium Religiosorum. —

1° Ex monasterio Montis sanctorum apostolorum Petri et Pauli:

Admodum Rev^dus Dominus Johannes Henningius, Abbas. —

Pater Sebastianus Pang, Prior. Pater Petrus Pang, supprior.

Pater Osmaldus Albini, senior. Pater Johannes Bachman.

Pater Martinus Hennich, sacrista. Pater Johannes Kircher, culinarius.

Fr. Maurus Gualterman, diaconus. Fr. Placidus Wust, diaconus.

Fr. Lampertus Brauer, professus, monasterii in Gerode; Fr. Conradus Schletzberg, laicus.

2° Ex monasterio Ste Jacobi ad Scotos: —

Rev^dus Dominus Hugo Wallasius, Abbas. — Pater Sylvanus Mainus.

3° Ex monasterio carthusiæ:

Pater Johannes Arnoldi, prior. — Pater Leonardus Ebert, Erfurd.

Pater Henricus Kirchoff, senior. Pater Johannes Melz, procurator. —

Pater Philippus Henkell, Bevisensis. — Pater Michael Dulcken, sacrista. —
Fr. Jacobus Gabell, conversus. —

4° Ex monasterio Augustinianorum:

R^mus Pater Michael Methi, Prior. — Pater Johannes Schildt, Colonensis.
Pater Ferdinandus Will. — Pater Ambrosius Tomalius.
Fr. Nicolaus Rustor, laicus.

5° Ex collegio societatis Jesu Erford.:

R^mus Pater Johannes Colinus, Rector. — Pater Wilhelmus Federlinus.
Johannes Fritz. — Georgius Winterfus, laici adjutores.

p.180. 6° Erfurtum Heliopoli ducti captivi e collegio societatis Jesu, et eodem amandati (sunt:

R^dus Pater Casparus Lemp, Rector. — Fratres coadjutores.
Pater Petrus Kembstius. — Theodoricus Haiff.
P. Ludovicus Liclius. — Martinus Arnoldi.
P. Conradus Otto. — Matthias Odenthall.
P. Johannes Happen. — Gallus Reusser.
P. Michael Vagls. — Georgius Leritter.
P. Johannes Valentinus Laurus. — Udalricus Gotter.
P. Antonius Sotterich. — Georgius Nasch.

7° Ex civibus Haligenstadiensis et aliis:

Dominus Georgius Schmidt, consul. — D. Aegidius Engel, senior.
R. Dominus Christophorus Fagman, Pastor in Duderstätt. — Fr. Johannes Hofflinus, ord. Cisterc.
Pater Johannes Schunderus, ejusdem, ordinis, ambo professi in Kayserfheim.
Dominus Johannes Leonius, clericus, sacerdos Irlandus. —

23 juin (1632), de ejusdem Domini Residentis mandato ad propria quique monasteria reducti, et pristinae libertati et juribus cassatis commissariis restituti sumus, exceptis Patribus societatis Jesu et aliis nonnullis captivis tam saecularibus quam religiosis. —

Interea vero dum apud Augustinianos moraremur Dominus commissarius Johannes Mullerus in horto vivarii grandi satis excitato tabernaculo ex frondibus arborum, undequaque egregie ad voluptatem, vestito apertoque, magno populi concursu et recreatione vinum venale comeantibus

p.182. exposuit, reversis tamen pecuniam

pecuniam, satis fidelitèr assignavit, rationemque totius acceptæ expensæque reddidit, atque restitutos nos hoc luce gratulatorio poëtico excepit.

Lusus gratulatorius pro Carthusianorum, fidei et successu reditu; illo in die Divæ Justinæ, hoc in Stæ Johannis vesperi facto. —

Emigrare patres, si vos Justina, jubet,
Sive redire jubet, pendites obsequium.
Laudo ego devotas sanctis mandatibus aures
Ast petitiones, mens quas nisi capiat citò?
Novi erers ari genus alto more Brunonis
Feminam, sobolem, jussio deinde gravis.
Vrideo impensa baptistæ sacra tueri
Ergo pacto est hujus jussio deinde levis.
Non equidem invideo, sed gratulor, atque
Justinæ sexum, plus colite est favorat. —

8a Julii (1632), ad instantiam totius cleri, præillustris dominus Baro de Sickingen, sequentes protectionales impertiit, cui in gratiarum actionem, nos pro vota nostra 16 thlr solvimus. —

Protectionales litteræ sacræ regiæ Majestatis Sueorum. —

Nos summus exercituum præfectus, Dei gratia Wilhelmus dux de Saxonia, Jülich, Cleve etc. ... omnibus notum facimus, hujus diœcesis Fuldensis monasteria, cum templis, domos et personas religiosas ordinis et omnia ad eundem clerum pertinentia sub protectione clementissima ac tutela sacræ regiæ Majestatis suscepta et collocata esse, adeo ut nulli alii magistratui nisi hemmæ Majestati et specialiter ab ipsa ad hoc deputato sit potestas, nominatos clericos citandi, advocandi eorum bona fortunasque sive intra sive extra urbem sitas, contributione, servitiis, vel aliis bellicis oneribus nec cum militum collocatione et aliis oneribus personales aggravandi et ipsorum procuratores; de quibus hucusque contributiones solvere debuerant, retinendi; nemo etiam in officia divina eos turbet, nec in domibus nec in publico foro ignominiosa vel molestia officiat, sed in eo statu, immunitate tota et cum iis privilegiis servantur, in quibus sua regia Majestas et exercituum summus præfectus dux Wilhelmus de Saxonia eos conservandos esse statuerunt; in posterum etiam easdem bona

p. 183.

bona integra servaturos atque in omnibus locis competentes intrados ipsis absque
recusatione exhibeantur; quanti ea res sibi et interesit in vitabilem poenam, et iram
f.184. hac regiae Majestatis| evitare. Pro rato sub sigillo secreto Principis. Sign. Erfordii
8 9 julii 1632. Regiae Majestatis humillimus consiliarius et residens ibidem,

Alexander Esken (L.S.). —

12a Augusti (1632), hora ego circiter 5a vespertina per Wolfgangum Zieglerum, patri-
tium, commissarium, ad Dominum Residentem, advocatus, mox licet pedibus admodum
aeger, jussioni paruit coram, salutationibus utringue humaniter praemissis, D. Resi-
dens requisivit, duos sigillatim, nominando religiosos, cum novissem: abnuente me,
prompsit passiculum litterarum, quo resoluto, ex earum, medius parvulam,
schedulam, protinus me inspectante aperuit: agnovi statim characteres, nostrum
inquit, Pater manum? et quisnam, ille? aio, novi Excellentissime Domine, manus
R. Visitatoris provinciae nostrae est, utpatet manifeste ex subscriptione propriae
nominis: literarum autem, quae palmae manus magnitudinem non excedebant,
hic erat sensus et summa. Post salutem, rogabat ut his inclusas ducis Bavariae
literas per fidelem nuncium, nominatim portarium nostrum, tunc Wernerum, ad Dom.
inum Comitem de Pappenheim, illo tempore in partibus Brunsvigiae subsistentem,
f.185 cum exercitu suo transferri curarem. Deinde| brevi chartam capituli generalis
transmittendam, et generali patrum salutatione, solo scribam nostro Urbano Hoch-
haussi salutato ex nomine, sed magno ipsius incommodo, concludit. Inclusa
autem ducis Maximiliani Electoris litera, quae peregrinis admodum et hyerogly-
phicis notis signisque exarata, excepta sola inscriptione subscriptione fue-
rant, licet varia tentatam fuerit, legi tamen, aut sensus earum assequi nequa-
quam potuit. —

Quomodo autem ipsi ista et insolita haec literae ad patrem Visitatorem, Fratrem
Brunonem, Fleischmann, priorem et professum d. Pontis Btae Virginis Mariae in Altha
devenerint, vel quo auctore ipse temerarium, hoc negotium, ingravissimum, s.
ordinis nostri detrectaret, et domus nostrae Montis Ste Salvatoris Erfordiae perniciem,
et excidium, personarumque ejus exterminium, et Ecclesiae catholicae professo-
rum ingens scandalum, atque propriae nominis et honoris turpissimam denigratio-
nem, in se suscipere, prorsus ignoro. Illud certum, ex confessione tabellionis in-
fe-
lissimi

lissimi, quod eas eidem tabellioni subdito civitatis Cronacensis, Bambergensis diocesis transferendas commiserit, verum Saalfeldian (oppidum, ut opinor, Saxoniae de Altenburg), dum male cautus transeundo, apud praetoream, ut dicitur, ibidem literarum mentionem facit, detentus est; et hoc forte divina dispensatione, ne delatis litteris ad nos, graviùs multaremur innocui.

p.186. Literae ergo interceptae primum ad regem, inde ad ducem Saxoniae Wilhelmum, qui tunc in castris cum rege morabatur apud Norinbergam, post Isfordiam, ad Dominum Residentem, cum mandato gravius animadvertendi in malefactores, missae sunt.

Detectis itaque, ut jam supradicti, literis, D. Residens gravissime questus est, quod nos, quos de singulari probitate, pacifica vita et conversatione, animi candore et sinceritate commendatos, prae ceteris charos haberet, ejus egregiam expectationem et confidentiam de nobis adeo perperam fefellissemus, itaque excusatum se petiit, si justae et mandato Serenissimi regis dirae in nos animadvertere cogeretur. Contra ego, quapossibile fuit, demonstrata nostra innocentia, et quoniam donec cogitatae quidem, quispiam nostrum, contra praestitam fidem Serenissimo regi tale quid unquam concepisset, tacere tam enorme scelus proditionis actu perpetrare attentasset, maxime cum id non solum juramento fidelitatis, sed et ipsi professioni nostrae ex diametro repugnaret, et expresse hujusmodi literae, quales hae sunt, sub gravissima poena interdicerentur universis, ad eo ut etiamsi ad nos delatae fuissent minime tamen acceptare, nedum ulterius mittere potuissemus. Quocirca alienae culpae innocios, excusatos haberet, neque in insontes vindicaretur, supplex et pronus in terram rogavi.

p.187. Verum, ipse Dominus Residens ad Dominum Decanum, M. Urbanum Haun, sigilliferum archipraesulis Moguntini conversus (qui tunc fortuito aderat), rogat ut ad breve extra conclave secederem: egressus, cum aliquantisper exspectassem, ecce Dominus Decanus egressus, et mutuo interrogans, ut abeuntem, sequerer, eo ipso lubentius parui, quod omnem, jam suspectae proditionis suspicionem discussam, omniaque alia denuo, ipsique Domino Residenti affatim satisfactum foret, sed inaniter credideram.

Demandato siquidem Domini Residentis ab eodem Domino Decano B.te Virginis Mariae ad Domum, sive monasterium Dominorum militum Melitensium, deductus

ut quatenus

et quaternionis unâ militum custodiendus traditus fuit; et cum prius fidem nomine Residentis ab eodem Domino decano, de non movendo pedem a loco illo postulatus fuisset; fidemque ea stipulata manu semel iterumque et tertio dedisset, ipse ab ûltimo nescius quod eodem aleam, brevi esset subiturus, et forte sua magis quam aliena culpa.

Interim D. Residens scribam nostrum, qui me comitatus fuerat, suspectum quoque propter salutationem sibi factam a patre Visitatore, durissime corripuit protestantem suam innocentiam, nihilominus ad aulam Moguntinam cum villici nostri in Kirchain filio Friderico Bejer, captivum, amandavit, et eodem vespere Wolfgangum Zieglerum, patritium civitatis ad monasterium, dixerit! dixit, inscripsit, ejusdemque administratorem constituit, quo tamen officio brevi defunctus est.

p. 188. Ego igitur in domo praedicta Melitensium propè parochiam Ste Nicolai constitutus, hospitio quaqua versus illustri et propatulo, incanatus eodem nocte super nudam pavimentum, simplicioribus vestitus, misere pernoctavi, cum enim ex infirmitatibus praecedentibus, et maxime heris praela minime recta convaluissem, imo adhuc laborarem, et concurrentibus jam ex hoc inopinato, improviso et praecipiti adverso casu, quasi quibusdam sese illegitimis aquarum inundantium, procellis, perturbationum, insultibus, solicitudinibus, afflictionibus, timoribusque pro domo, pro confratribus meis; dictu difficile, quam intime et graviter afflictus fuerim, unde procul dubio accidit, quod periculosius recidivarim; nam utriusque brachii et maxime dextri, et ejusdem tibiae officio destitutus nocte illâ fui: adeo ut necessario, ne gravius periclitarer in corpore, extplane deficerem, alio et commodiori loco deferri debuerim.

Transactis igitur illorum diebus 5, jussu D. Residentis 17a Augusti (1632) ad monasterium Ste Jacobi ad Scotos, dictore Domino Commissario Rudolpho Graumon patritio cum custodia militum, hora 9a matutina translatus sum. Hac erandissimas autem, et religiosissimus Dominus Abbas, Hugo Wallasius, ut erat vir ordinis nostri observandissimus, videns cernensque in quem tam subito labyrinthum confusionis et miseriarum, captivitatisque scyllam incidisset, mirum quo animi promptitudine tum charitatis, tum compassionis affectu

p. 189. affectu me excepérit, ut non modicum, hac sua benevolentia animi dolorem, et afflictionem mitigarit absterseritque. Unum tamen viro laudatissimo permolestum accidit, quod custodia militum, simul remansisset, quare omnem lapidem, apud Dominum Residentem, movere coepit, ut ea liberaretur, nec aliter tamen evicit, quam propria manus cautione et subscriptione de satisfaciendo pro me in casu elabitionis meae. Liberatus itaque ego ab his leonibus, qui die nocteque arctius me observabant, Deoque favente et opera chirurgi indies magis magisque animo et corpore convalescere coepi, extra tamen, prout erat quam, ad ecclesiam, Domino Abbate aut alio patre comite, pro missa audienda faciendaque ratione, ire licebat.

Interim religiosi Patres quoque 14a Augusti (1632), in vigilia Assumptionis Beatissimae Virginis Mariae e monasterio, intra triduum, ita dicebatur, ita promittebatur, eodem reducendi, expositi, et inter ecclesiasticos, e monasterio elendi, distributi sunt. Videlicet Domino decano distribuente, admodum R.o Domino Henrico Mullero, cantori et canonico B.ae Virg.is Mariae assignatus est pater Johannes Welz procurator; Admodum R.o Domino David Stauffer canonico et seniori B.ae Virg.is Mariae pater Henricus Kirchoff senior; Admodum R.o et doctissimo Domino Valentino Herdegen doctori, canonico, cantori et vice-praepositi Ste Severi, assignatus est prima vice pater Philippus Hunckell, scandalen, ordinis, deinde admodum R.o Domino Nicolao Ebert eiusdem ecclesiae canonico scholastico, 3o pro-
p. 190. vido et prudenti viro Domino Johanni Schmidt, alias Kesselman, senatori; Admodum R.o vero Domino M. Johanni Winther canonico B.ae Virg.is Mariae, assignatus fuit pater Leonardus Ebert; et admodum R.do Domino M. Laureatio Grin, et Pallio Stech canonicis Ste Severi, pater Michael Dulcken sacrista qui simul curam habuit patris Leonardi lunatici. Postremo admodum R.o Domino Christophoro Arndt canonico Ste Severi, frater Jacobus Gabell, conversus. —

Lal unter interim dies aliquot, quinetiam hebdomadae integrae, alimentaque nihilominus e monasterio paulatim prosciuntur, et tardante tridui restitutionis fiendae, nec tandem illucescente, amona pariter cum lecytho potus defecit: quare praedicti Domini hospites, quantumvis sibimetipsis minime sufficerent alienae tamen necessitati succurrere compulsi sunt. Quibus omnibus liberalissimus Dominus secundum divitias munificentiae suae inexhaustae, hic et in futuro immarcessibilem, aeternae vitae abundantiam, et gloriae perfectionem retribuat, Amen. —

Interea quoque

Interea quoque scribæ nostri Urbanus Hochhaus, Eisfeldiacus, cujus opera carere non poterant, am³ culpa absolvitur et libertati dimittitur.

28ª Augusti (1632), postquam Dominus Residens in monasterio, ac potissimum in cella mea, omnia, specialiter vero scripta mea, diligentissime perlustrasset, ac minutissimas quasque schedas admussim examinasset, atque plerasque secum asportasset, si quo modo quidpiam invenire potuisset, quod præstitæ fidelitati regiæ prejudicare et, sed singulariter casso sudore laboreque frustrato, Urbanum scribam nostrum ad me invisendum misit, cum hac denuntiatione: Dicite vero seniori patri Priori
p. 191. ut bono animo sit et patientiam habeat, quod intra | paucos dies restituendus sit et missas more solito celebraturus. Hoc ego nuncio mirifice exhilaratus, ind[e] ilas præstolabar redemptionem, verum cum dies redactionis denuo protraheretur, supplex libello, ne forte urgentibus gravioribus negotiis nostri oblivionem incidisset, interpellandum, censui, hac sequenti formula:

Uti mihi certo persuaderem, cum, propter ingenitam, perillustris ac carissimæ Dominationis Vestræ bonitatem ac clementiam, tum propter causæ ipsius, si qua sit, integritatem, si, qua omnes regiæ Majestati subjectos amplectitur et tuetur, nobis quoque tacentibus a Vestra perillustri Dominatione nos brevi sedibus nostris restituendos: morbi tamen et miseriæ frequentes fratrum meorum, quorum animæ pariter ac corporis salus mihi ex officio incumbit, me non modo movent, sed impellunt, ut interpellare audeam, clarissimam Dominationem Vestram, licet gravioribus et assiduis distractam negotiis, et notam, potius importunitatis quam neglectæ salutis fratrum meorum, incurrere, atque memoriam imminentia nostræ ac eorum, revocare, qui omnes ad unum adversa valetudine affligimur, quod sine magno eorum fastidio, apud quos utcunque visimus, neque quam contingere poterit, ut taceam, alia nostra dispendia, et plurimum molestias, quas nostra causa subire coguntur, quibus ut occurratur ad perillustris Dominationis Vestræ favoris gratiam, humillime accurrimus et supplices rogamus, ut quibuscunque tandem
p. 192. conditionibus nobis | ad recepta monasterii nostri, vel partem aliquam ejusdem redire liceat, ubi non minus (datis fidejussoribus si ita visum fuerit), nos semper paratos inveniet ad omnem, tam sacræ quam regiæ Majestatis voluntatem, ac firmissima quævis custodia concludamur; nec unquam, nostra fidelitas, quam regi spopondimus

spopondimus, et nunc usque inviolata a nobis vel minimum lab sactata deprehenderetur. Ex monasterio Scotorum, 8bis Jacobi ultimâ Augusti, Anno 1632.

Futuri semper perillustris Dominationis vestræ humillimi clientes et famuli, Frater Johannes Arnoldi Prior carthusiæ, et totus conventus. —

Verumtamen duobus vicibus diversis ab gratioso Domino Prælato Scotorum D. Residente personaliter presentatum, negotium eum acceptare, minus audire voluit.

21°oct. (1632), Appropinquante generoso comite, Domino Henrico Godefredo de Pappenheim cum exercitu suo, de mandato Domini Residentis Religiosi alii omnes utriusque sexus e suis monasteriis migrare tantisper ad unam alteramve septimanam (donec scilicet exercitus Cæsareus transisset), jussi sunt; data facultate de portandis secum, necessariis quæ vellent. Patres igitur Cabrenses ad domum prætoris in cœmiterio Ste Severi, Patres vero Augustiniani ad monasterium Albarum Dominarum amandati sunt; sacræ Virgines ad S. Gyriacum, et ad S. Martinum in Prælato, ad cœnobium Virginum Stæ Crucis, alias novi operis dictum, destinatæ

f. 193-tæ | sunt, solis Virginibus ad S. crucem, et ad albas Dominas domi propriæ relictis. Admodum Rdus vero Dominus Abbas ad Scotos cum migrare jussus quoque fuerit, nihil dominus autem, post irruptionem militum regiorum, quantumvis difficile et ægre admodum; et nos una intra ultimum angulum monasterii contenuimus et in communi cum ipsis viximus, ac divina mora consueta peregimus; quam magnanimitatem, merito ipsimet et patientiam, officiales miratæ sunt et plurimum commendarunt.

Translatis, et dictum est, jam Religiosis, ipso festo sanctorum Simonis et Judæ apostolorum, qui 28 oct. regius exercitus mane urbem, qua circiter pomerium ejus ingressus est atque in dicta monasteria habitatoribus vacua distributus est (carthusia sola excepta, quam jam dux Saxonicus Ernestus apud Dominum Residentem, pro suis militibus impetraverat), maximâ cum rerum, quæ ædificiorum, destructione, quæ supellectilis tum sacræ tum prophanæ direptione, maxime vero Augustinianorum, quos paucis abhinc annis multis sumptibus restitutam, quasi funditus everterunt, adeo ut vix pecudum habitationi jam amplius domum reliquerint. —

Eodem vespere horam circiter 7am Pater Johannes Wels procurator apud hospites suum militum furorem et mortem, jam ab ipsis ipsi intentatam, cruciatus et

amice

amica periculi imminentis admonitus, fuga evadere et declinare compulsus est; quare a civ quod anz noto susceptus, periculo exemptus, apud eundem debitis facile decan delituit et benigne habitus est, donec a me per certas personas solicite quæsitus, inventus, et a Domino Abbate totorum, eodem commiserationis affectu susp. 196. - ceptus | et altius est. altius?

7a Nov. (1632), Rex Suecia, comite Regina consorte et duce Bernardo cum fortissimo exercitu Norimberga comitem de Pappenheim insecutus, Eforidem hora 5a vespertina venit maxima totius civitatis consolatione et gaudio, ac pratinus altero mane adhuc in tenebris cum pleno exercitu congressionis cum Domino comite de Pappenheim erat, iter acceleravit remanente nobiscum Eforidem Regina. Regi autem omnino subsequenten supplicationem jam preparatam offerre propositum fuerat, ni celerior rei ite civitas præpedivisset.

(Celsissima Rad magnificentissima Rex! Pro tuæ regiæ Majestatis faustissimo regimine ac saluberrima prosperitate, continues et ferventes fundimus preces.

Cum amo procedente regia tua Majestas, victrice hujus urbis facta occupatione, nobis sicut cæteris e clero et catholicis benignissime promittere dignata sit, ut in libero religionis exercitio et in vita ac disciplina monastica absque omni perturbatione permanere nobis liceat, certe tanta nobis regia gratia exhibita (pro qua per totam vitam supplices agimus gratias), nullo modo adversa nobis timenda esse existimavimus, præsertim cum tam prompti contributionem ad militiam, pis cum regiæ
p. 195. tuæ Majestatis absolverimus, ut jure nihil mali nobis contingere posse videretur; nihilominus non possumus non humillimas ac supplices querelas deferre ad regiam tuam Majestatem, quod ante trimestrem, absque omni data culpabili causa e nostra Carthusia expulsi et aliis e clero, quibus justis vitæ necessariis penis supererat, alendi traditi eramus. Quapropter magna etiam laboramus penuria rerum, quæ ad vitam sustinendam necessaria sunt; et proh dolor spectare debemus, quomodo exigues penus in carthusia nostra relictas ab aliis consumatur et dissipetur; et quamvis instantissime petierimus, ut claustrum nostrum, jam destructum, saltem in statu quo nobis restitueretur ad officium divinum peragendum, tamen effectum petitionis non potuimus hujusque obtinere. Jam cum fiducia habeamus gesta hæc regiæ tuæ Majestati, quæ est magnanimitas tua, omnino displicere, cum

data

dato a te promisso prorsus adversentur: Audemus regiam tuam Majestatem supplices obtestari, ut tristissimum nostrum statum animo benignissimo considerare dignetur atque statuere, ut nostra proprietas nobis tandem restituatur et nos in hac possessione
f. 196. imperturbati relinquamur. Pro hac vero gratia nobis prostita preces ad Deum fundemus, ut regia tua Majestate omnem exoptatam, felicitatem ac regiam prosperitatem concedere dignetur. Datum 7a nov. anno 1632. obedientissimi ac humillimi, Frater Johannes Arnoldi prior et coteri conventuales nostrae carthusiae. —»)

16 Nov. (1632), Rex in conflictu cum Caesareanis apud Luzam oppidum Neumburgum inter et Lipsiam, superveniente in auxilium Caesareanis generoso comite Godefrido Henrico de Pappenheim, et utrinque ancipiti victoria fortiter pugnantibus, uterque in acie gloriosa morte occubuit, ingenti hinc et hinc summorum infimorumque luctu et lamentatione.

22 nov. — praetextu donationis sibi factae a regia Suecia omnium bonorum eccles-iasticorum, Senatus Erfordiensis carthusiae nostrae pro inspectore praefecit honestum virum Johannem Grauweissen, atque infra hoc tempus, regis singulariter ultimum, adventum, et plenariam cessionem carthusiae a Domino Residente Senatui, quae 10a januarii contigit anni succedentis, gravissimum et incomparabile tam in prophana quam sacra et librariae suppellectile carthusia nostra damnum atque jactaram, subiit sustinuitque.

7a Dec. — Pro nobilis Dominus Alexius Oxenstirn, cancellarius, cognito regis obitu Francofurto ad Moenum venit Erfordiam.

f. 197. Immediate autem post regis occubitum, infaustissimae mortalium nuncius, qui chronachia literas detestabiles Patris Visitatoris Salfeldia in itinere interceptas detulerat, postquam Erfordiam curru delatus, menses duos aut tres propoena quadrupedibus quae collo ferro illigatus, et a tergo tursum dependente ex ferreo stipite nola majuscula, terrae subrehendae pro aggeribus cumulandis aedificandis, quae damnatus fuisset, aqua angustiae et panae tribulationis passus, labore tandem confectus, fortalitio Ste Griaci captivus inclusus est atque ibidem propriae calamitatis et diuturnioris miseriae jam pertaesus, et suorum revisendi desiderio flagrans (erat enim conjugatus), moroe impatiens, fugam insipiens

insipiens meditatus est: Verumtamen ex eadem, quia progredi, ob tibicen, quam pregerat, impossibilitatem, non poterat, retractus est, et paulo post cum nonnihil restitutus fuisset, ex eadem fenestra, qua ses e dimissus erat et elapsus fuerat, suspensus est. Atque utinam solo corpore interiisset, et non in animâ simul, dicebatur enim, passim ab omnibus, spe salvandæ et redimendæ vitæ fidem mutasse. Et heu! quantum mali hæc litteræ causarunt, hunc vitæ, Deo, parentelæ, gloriæ laudi, obsequio: nos exercitio religionis, habitationi, sustentatione, bonis et honore privarunt etc...

15a Dec. (1632), Regina quoque cognita morte regis sui Erfordiâ profecta est, quam Dominus Cancellarius regius sequenti luce subsecutus fuit.

Anno 1633, 10a januarii, Amplissimus senatus a perillustri Domino Resid-
f.198 - ente Alexandro Esken plenarian carthusiæ accepit professionem, idque cum Dominus illius mox prædium, nostrum, in Kirchein, utrumque hortum, circa monasterium, pistrinum, cum torcularî in Brembach minori, cæteraque bona nostra circa urbem, novis cultoribus elocavit, quæ tamen locationes anno 1636 nobis restitutis omnes abolitæ fuerunt.

Quapropter nos resignationis hujus plenariæ prudentissimo senatui factæ certiores effecti, et a compluribus etiam Magnatibus, et aliis fide dignissimis in spem firmam indubitatamque restitutionis nostræ ad carthusiam erectionem nostram promituri, præsentem supplicationem senatui 28a januarii obtulimus.

trd. (Domine Domini Nobiles, Honorificentissimi ac sapientissimi.

Quin fusius exponamus, recordabuntur benignæ Dominationes vestræ, quomodo ante longius jam tempus nostram carthusiam, deserlingueræ jussi et coacti fuerimus. Ad aliquot tantum, dies putabamus initio, et quæ vestri cognitati postea in nostra carthusia nobis absentibus facienda existimarunt, in nostrum emolumentum et contra adversarios nostros factum esse credebamus et cum dictis allatis acquiescentes et promissis confidentes certe eramus de nostra futura restitutione. At proh dolor res omnino aliter evenit ad maximam animi nostri consternationem!

f.199. Nam promissis haud impletis nos per medium jam annum e nostra carthusia exulare debemus, et interim copia, quæ adhuc restabat, vini, fructuum, cubiculorum lectisternique utensilium, vestesque sacræ et pulchra bibliothe-

ca, cons-

-ca, consumpta, dissipata et vastata sunt; nos autem, hucusque impedimur in divino officio peragendo et in nostrâ religiosâ disciplinâ servandâ, magnâque rerum, ad victum necessariarum, inopiâ fidelibus aliis a clero et ipsis egentibus onerati sumus, Insuper a viris fide dignis palam, nobis dicitur, nullam esse spem recuperandæ nostræ proprietatis. Tam vero non est ignotum, vobis Dominis honor. et sapienti in conventione inter regiam, Sedemque Majestatem, Dominum, nostrum, benignissimum, et inter regimen Gallicum, pactâ, expresse statutum esse, ut omnia quæ catholicam, religionem, spectant, in omnibus locis a suâ regiâ Majestate occupandis in statu quo relinquantur et serventur, sicuti in occupatione hujus
1.200 urbis præsentis, quoad totum, clerum, iterum, statutum, et promissum fuit: Cum, conscientia nostra testatur nos, quamvis in uno alterove acies amuri, nullo unquam tempore contra regiam, suam, Majestatem, eique conjunctos aliquid perpetrasse, imo nostram, ad belli onera contributionis partem, satis magnam, et 3000 talerorum, summam excedentem, prompte semper solvisse et in religuis etiam, subjectos obedientiæque nos exhibuisse: plane non intelligimus, cur regiæ promissionis adeo expressæ in re tanti momenti gratiam, per pas et nefas amisserimus, dum, in iis lacrimis momentis rebus, in quibus porta accensus amuri, nec audiri, multominus convicti minimeque condemnati fuerimus. Nos ergo de facto nostra possessione deturbati sumus, et cum clericis illi, apud quos in summâ egestate commorati amuri, et ipsi egentissimi nos amplius nos sustentare valeant, nil restat nisi ad summum rerum omnium, inopiam, redacti, non absque ignominiâ nostri status sacerdotalis, et a puericia ad hoc non educati nec assueti, ut pote christiani honesto gen-
1.201 -ere oriundi et ergo hanc civitatem, omni semper humanitate et officiositate affecti, tanquam mendici ob errare et tandem plane interire cogamur. Cæterum si sumus, Dominationes vestras H.N. et S. hunc rerum, statum, perspicientes, non permissuras rem ad extremum redactum iri, sed benigne decreturas, ut non amplius clericis egentissimis aland. relicti, tandem in nostros claustro iterum restituamur et omnibus necessariis sustentemur. Postulat hoc conventio inter utrumque regimen facta, postulat et ergo ipsa æquitas. Nos autem ergo Dominationes vestras H. et N. obstrictos habebimus et vobis

de

ad initium et exitum, felices omni omnen, divinam protectionem, et exinde
p.20b. profluentem, prosperitatem, apprecabimur.

Datum, Erfordiæ 22a januarii Anno 1633. V. D. H. N. et S. servi
Frater Johannes Arnoldi, prior, frater Johannes Welty, procurator.—)

(Nota.— Le traducteur de cette pièce a probablement abrégé, car elle a 2 pages et ½
dans la copie et presque 4 dans l'original.—)

Verumtamen sub dato decimus, senatus etenim, nullum, responsum, dedit.—
19a Februarii, (1633), Apud christianissimi Regis Franciæ, nobilem, et amplissimum
legatum Dominum, de Fequaire hac transeuntem, ad Ducem Saxoniæ Electorem,
ad calumniam, et pessimum crimen proditionis, cujus adeo graviter et perperam
apud ipsum, insinuati fuimus, dilucidandam, et innocentiam ac honorem, cum nos-
trum, tum S. ordinis nostri, defendendum vindicandumque, subjectum, eidem im-
mediate Memoriale protestavimus:

Memoriale.—

1o.— Prior cæterique Patres Carthusiæ Erfordiensis ante menses aliquot a mo-
nasterio suo, spe intra paucos dies ad illud, uti promittebatur, redeundi, ad
Rhenana, hactenus clusi.

2o.— Interea vero non sine magna molestia et status sui dedecore apud alios,
quos tamen constat jam antea militaribus exactionibus ad extremam ino-
piam, redactos fuisse, exulare coacti.

p.21a 3o Ad hæc omnibus iis, quæ tam, ad alendos fratres in/frumento, vino aliisque
necessariis impenderant, tum autem universa pœne supellectile et insigni
exquisitissimis libris, inter quos plura veterum, manuscripta fuere, instructa
bibliotheca, inde ablatis extremam hactenus paupertatem patiti.—

4o Jam vero Senatus Erfordiensis ad preces ipsi a Carthusianis oblatas,
per suos restitutionem eos brevi sperare, certo jussit.—

5o.— Carthusiani autem, ut restitutio hæc omni suspicione et periculo,
quod protendebatur, careat, etiamnunc (si petatur) hæc rerum militum
tolerabiles excubias in illud recipere.—

6o Hujus vero restitutionis cum, jam, promissum, exspectaret effectum, pro-
tulit omnem spem, experientiæ Senatum, Erfordiensem omnium, in hac urbe
bonorum

bonorum ecclesiasticorum, adeoque etiam, monasterii Carthusiae donationem, a Serenissimo huccine rege sibi factam, praetendere. —

7°. — Hoc cum praegnantissimis exrationibus mirum, videri possit, eo praecipue quod regia Majestas non tantum, juxta pacta cum Christianissimo Franciae Rege, verum autem, singulari post occupatam hanc urbem, promissione clerum et omnes catholicae religioni addictos in sua possessione minime turbandos reaperit, adeoque suam, Majestatem, hujus promissi immemoram, tantopere eos gravare, aut
p. 204. jure suo exuere voluisse, minime sit verosimile.

8°. — Ideo pro firmando assertae donationis jure (ut ipsis relatum est) praetendi-tur quosdam, de clero, nominatim vero Carthusianos proditionis adversus suam regiam, Majestatem, se reos constituisse, atque ideo monasterii exturbationem non injuria mulctatos, imo majori animadversione dignos esse. —

9°. — Ad quod breviter, ea tamen qua par est submissione, et quidem, de qua solemniter protestantur, non aliter quam defendendi animo atque tanti sibi objecti criminis diluendi gratia, adeoque sine ullo offensionis respondent. —

10°. — Ex Carthusianis Erfordiensibus; aliquem, vocem, sive scripto, aut autem consilio, vel quocunque alio modo adversus regiam, Majestatem, usque confoederatos nunquam aliquid molitum, imo hujus nefandi sceleris ne accusatum quidem, multo minus deprehensum auditum, minime vero condemnatum fuisse.

11°. — Adhaec vero illud e contra in propatulo est, ut ingentis illius summae, quam totus clerus Erfordiensis in usus militares regiae Majestatis erogavit, indictas collectationes eos prorata portione, tametsi bellicis superiorum annorum calamitatibus plane exhaustos, promptissimos fuisse.

12°. — Et cum illorsum prorsus ab hoc crimine conscientiae praesidio tuti sint, non reformident, imo paratissimi sunt, si saltem audiantur (quod et ipsa juris naturalis
p. 205. ratio exigit), hujus rei injuriam, apertissimis argumentis demonstrare. Id quod sibi concedi eo obnixius per sacratissima Christi salvatoris vulnera stillantia sanguine rogant, quia constat ex hoc fundamento praetenso autem caeteris monasteriis totique clero, exiis quos patet nunquam, vel in suspicionem hujus criminis venisse, hoc amplius omnibus catholicis urbis hujus civibus quorum, sane non contemnendus est numerus, haud exiguum in religionis exercitio praejudicium fore; tum, vero etiam

etiam quod immanissimi scelleris objectionem tacite dissimulare, toti ordini carthusiano apud christianissimum Francie Regem omnemque posteritatem maculam fore nullis temporibus delendam, nemo est qui non videat. -

Ad dictum Memoriale jam oblatum nobis renunciari jussit, se calamitatem et vicem nostram dolere, se autem jam itineri accinctum, in reditu causam nostram auditurum actumque, ea propter reducem, resalutaremus.

18a februarii (1633), sanctimoniales ad S. Martinum et S. Gyiacum hactenus in coenobio Virginum Stae Crucis simul congregatae, ex eodem ad propria quoque ab amplissimo senatu readmissae, reductae sunt.

23a Februarii, Nocte hora 8a excellentissimus Dominus cancellarius regius rediit Erfordiam, cui nos infrascripti libellum sequentem, supplicem personaliter ad hospitium, excelsi tilii praesentibus consulibus et aliis primariis civitatis obtulimus

p.206. tsd. (Domine illustrissime ac clementissime ! In maximâ constitutae calamitate cogimur omni cum submissione quaerelas nostras exponere. Anno dimidiam circiter amnum, bello inopinato plane exorto a monasteriis nostris dis cedere jussi sumus spe nobis factâ de nostro futuro reditu. Ast patitionibus multis et instantibus incassum, prolatis contrariis, omnino experire debuimus, et loco restitutionis promissae maximâ cum consternatione res civimus, senatum, hujus civitatis honorificentissimum sub titulo donationis a suâ regiâ huc dorum, Majestate factae, omnia monasteria, claustra et collegia sibi vindicare et nullo modo nobis redditum in illos concedere velle nisi vers alibus (videnti) valde iniquis a nobis subscriptis, Jan

p.207. v ero nos de hac praetentâ regia donatione cum senatu disputare cupientes profitemur protinus nos pro facultate nostrâ ad omnia ipsi grata desideratague obsequia paratissimos. Attamen in re tanti momenti religionem et conscientiam concernente audemus Dominationem tuam illustrissimam attentam facere, regiam suam Majestatem non tantum in conventione cum regimine Francicae initâ statuisse, ut omnia quae catholicam religionem attinent, in statu quo relinquerentur, sed etiam in victrice occupatione hujus civitatis benignissime promissae, fore ut nos e clero in nostris cellis conservaremur, hinc sanctas clerus hujus civitatis datis ab isto reversalibus juramento confirmatis in specialem protectionem suae regiae majestatis transiit; quae omnia Celsissimus Dux Guillelmus regius delegatus

litteris

litteris protectionalibus (videnº2) confirmavit et ad omnium notitiam in publicis tabulis promulgari curavit. Imo clarus cunctis in constatationem hujus devotionis
p.208. et obedientiæ ad nos regiæ Majestatis peculium bellicum, pro augranda pecunia summam 30.000 thalerorum excedentem contribuit, ad quam summam nostram partem paratissimi semper contulimus. Bonâ etiam conscientiâ coram Deo et hominibus secundum veritatem testari possumus nullo unquam tempore nos contrarium, aliquid reversalibus nostris et contra regiam suam Majestatem eique confœderatos nec verbo, nec scripto, neque consilio neque opere egisse. Cum vero nihilominus de contrariis accusari videamur et propterea talibus efficiamur, quæ datis gratiosis promissis plane repugnant, perspicacissimæ dominationes tuæ intelligentiæ perpendendum committimus, nium coram Deo et nostra religione ordinumque religiosorum confratribus et coram posteritate excusari maremur, quod si tam injuriosas accusationes nobis inuri nosque in perditionem ejusmodi permitteremus. Certe ad defensionem juris naturæ licitam, cum omni reverentiæ agendam cogeremur, prasertim cum ordinum monasteriorumque in hac civitate ruina etiam catholicæ religionis ruinam secum traheret. Et revera jam conspicimus, per praesuras nobis illatas populo confessionem reponendi occasionem erroptam, et juventutis indisciplinatæ scholam et catechesim interclusam esse, quæ omnia tam regiæ promissioni repugnant. Ad hæc regio Franciæ legato super hic commorante nobisque objectam incusationem, objicienti innocentiam probavimus (ut ex adjecto nº3 patet), idque obtinuimus, et in discessu nobis benignissime nobis insinuaret, magistratum nostrum in statum pristinum restitutionem sibi pollicitum esse; Ast hucusque nihil actum, nec reversalia responsa. His vero reversalibus consentire eorumque tenore magistratui fidem prohibemur
p.210. conscientia aliisque officiis obligati (cæterum fidei juramentum regiæ suæ dorum Majestati a nobis factum hucusque nondum est solutum). Insuper supradictum monasterium Stæ Patri a Francica regibus ante mille annos fundatum, multisque redditibus ubertim dotatum fuit, adeoque, prætermissis omnibus aliis causis, solum ex hac ratione senatus antequam, quod de hoc monasterio ageret, intimare hoc prius Franciæ Regi debuisset, ejusque et fundatoris

consensum

consensum impetrare. Dignetur jam Dominatio tua, supplices rogamus, haec omnia benigne perpendere et secundum aequitatem et justitiam decernere, et regia promissione data ac iterata minimeque revocata nos protegamur atque
f. 211. post tam longum exilium et tam multas tribulationes tandem in nostra monasteria et Collegia ex integro restituamur; quibus precibus promissionem impleri, nos ea omnia quae gloriosae memoriae regiae Majestati spopondimus, daturos esse. Dominationi tuae illustrissimae apprecantes etc.

Datum Erfordiae $\frac{15}{25}$ februarii anno 1633.

Johannes Hemingius, Abbas Ste Petri; Frater Johannes Arnoldi, prior Carthusiae; Frater Michael Mathi Wolckringer, prior Augustin. Johannes Colinus, sacerdos societatis Jesu. —) Le traducteur a sans doute encore un peu abrégé. —

f. 212. Has ce supplices preces excellentissimus Dominus cancellarius coram Duci-bus Saxoniae in mensa quidem legit, sed altero mane praefectus, responsum nullum dedit.

9a Martii (1633), confrater noster pater Philippus Hinckel inter 7am et 8vam matutinam apud socios me conveniens, propositum suum mihi aperuit significando quod senatus ipsum omnino instituere intendat pro procuratore Carthusiae, seque paratum acceptare conditionem, ut hac ratione et occasione melius et nobis et monasterii utilitatibus invigilare et spirituali potuisset, utrum consultum, mihi videatur ne? Audivi, horruit animus ad hujus oblatum propositum, jam enim rem plenam, pericula animo agnovi eram, et anguem latitantem sub herba latitantem, haud equidem male suspicatus fueram: eventus probavit. Ego praesente patre Johanne Weltzio procuratore in cancellari captivitatis meae in hec formalia verba ad eum breviter respondi: (Pater, non possum hoc tibi suadere, neque modo; nec volo nec possum huic consentire, sed perpendo rotam tuam, prosperitatem, et quae Deo et ordini promiscuid), nec cum corpus servare propter escam velitis, animam prodatis in Gehennam. Istum
f. 213. hunc sensum plura repetitis vicibus, et specialiter, (Quod si mihi senatus sapientissimus officia talia offerret, valde in animo penitarem), sed surdo singulariter cecini more solito.

His dictis abiit, et altero sequenti mane, quod fuit 10a Martii, reversus, nomi-

-ne senatus

-ne senatus hactenus nobis nondum praesentatas exhibuit Reversales subscribendas, si
ei placet, et hoc copia earum :—

Reversus :—(Nos infrascripti contestamur, consulem et magistratum, civitatis
Dominum nostrum benignissimum, claustro carthusiae a regia huiusdem Majestate
elapso mense octobris ipsis donato, eo quo in donationis libello contentus est modo, ut
liceat ; eos etiam, paratos esse, ut nos hujus ordinis nunc praesentes personas in exercitio
religionis impesturbatas relinquant et sufficienti sustentatione, quantum, pro tempore
et statu praesenti carthusiae possibile est, providant, quemadmodo nos erga eos et civita-
-tem, obligatos agnoscamus hocque beneficium grato animo accipiemus et juramen-
p.214. -tum loco manu oreque spondeamus : 1°.— nos erga H. H. Magistratum et communita-
-tem civitatem, semper fidos ac devotos permansuros, neque permissuros, ut vel a nobis
ipsis vel ab aliis in claustro vel extra claustrum, excogitetur vel agatur quid, quod
damnum, vel incumentum, quovis modo afferre possit ; — 2°.— Benigne nobis conces-
-sum, habitationem et alimentationem, in claustro nullo modo interpellaturos nos
esse, ac si magistratus vel minimum de donatione cedere nobisque iterum de
proprietatis ac possessionis jure aliquid concedere intendisset, nosque nec clam, nec
publice aliquid machinaturos vel facturos, quod in damnum, et incumentum, praedictae
donationis gratiosissimae quovis modo cedere possit ; — 3°.— Nos praefectum in claustro
a magistratu institutum, nullo modo in ea administratione ac procuratione, quam
ei officii exercet, impeditiros esse, neque eum aliquam ex claustri bonis et reditibus
nobis vindicaturos vel sine speciali scientia et permissione magistratus aliquid exac-
-turos, nullum contractum initueros, multo minus aliquid alienaturos vel e claustro
ablaturos, et hi illum, huicusque usitatam, quam primum, traditurus nos esse in
p.215 civitatis custodiam ; — 4°.— Spondemus nos quantum in nobis est operam auxilium
-que daturos, ut inventarium de claustri bonis mobilibus et immobilibus et scriptis
tabulisque publicis integrum, completumque redactum et in claustri et communis
civitatis emolumentum conservetur ; — 5°.— Ad id intentos nos fore, ut propter alim-
-entationem accipiendam, et emolumentum majus claustri superior quivis bona claus-
-tri conservet in statu debito ac integro, et si quid defectus appareat, magistratui ins-
-pectionis gratia statim indicet, ut ne minimum quidem negligatur, sed omnia cu-
ratione et emolumento administrentur. — Quae omnia nos fideliter impleturos
esse,

p.216. esse, manu fide datâ coram Dominis ad hoc deputatis commissariis magistratus juramus atque simul profitemur, nos si contra hoc scienter vel dolose quid egeremus, eo ipso habitationis et sustentationis emolumento privatos esse. In fidem hujus subscripsimus has litteras reversales. Datum Erfordii 11 Febr. 1633. cette pièce traduite de l'allemand a dû être aussi un peu abrégée.-).—

Acceptis autem hujusmodi Reversalibus, iisdemque diligenter et attente perlectis, inscriptis sequens 14 Martii (1633), reddidimus senatui responsum: — trad.-(Ex litteris reversalibus a h.h. senatu hujus civitatis Erfordiensis ad priorem et conventuales Ordinis carthusiensis transmissis perspeximus, quomodo

p.217. h.h. senatus vi protectoriae donationis dominium sibi asscicat supra claustrum carthusiae simulque paratus sit ad admittendos conventuales in idem claustrum sub certis tamen conditionibus, quibus supradicti Ordinis conventuales assentire atque litteras reversales subscribere debeant. Conventuales supradicti ad obsequia erga senatum, parati non reticent, se puncta in reversalibus contenta perpendisse et maximi momenti gravissimaque consequentiae agnoscere. Aut aliud omnino jure exspectarunt, restitutionem nimirum in statum pristinum ante omnia eventuram, secundum promissionem regiae suae Majestatis gratiosissimam, imo et juxta ipsius senatus multoties datam spem restitutionis. Sed etiamsi puncta supradicta talia non essent, ad quae conventuales utpote meri administratores claustri decisam, resolutionem definitamque responsum

p.218. dare nequeant, sed quae ad Ordinis hui superiores determinatim referre debeant; necessarium, sane ante omnia est, ut ad debitam informationem, praedictae regiae donationis copia publica auctoritate confirmata simul transmittatur. Cum h.h. senatus ipse non tantum aequum et necessarium judicaverit, ut supradictae donationis exemplar tanquam unicum, praetentae occupationis fundamentum, conventualibus Ordinis exhibeatur, sed etiam ad originale donationis scriptum, ostendendum paratum se dixerit: preces instantes eo dirigunter, ut hoc exemplar nunc ad supradictum finem benigniter exhibeatur, ut debitae notificationis fieri, et conventuales in claustrum suum restituti officium divinum iterum peragere possint. Ad omnia erga senatum obsequia parati. . .
Sign. Erfordii 16 = 18 Martii Anno 1633. -) traduit de l'allemand — Hocusque

Hoc eodem die confrater noster Philippus Henckel a senatu assumptus est et insti-
p.219.- tutus in carthusia scribam / sub administratore ejusdem, Domino Rudolpho Graumann, patricio civitatis, amandatis et dimissis veteribus famulis, Urbano Hochhaus Eis-feldiaco, hortulano Johanne Gildt et pictore Christophoro Gatzert Erfordiensi: cum jam predecessor hujus in administratione, D. Johannes Narcissus hujus diei mensem, ob id esset 17 martii. Christianissimi regis Francie procurabilem legatam, altero jam die ab Electore Saxoniae duce feliciter reversum, juxta conductum et petitionem ipsius in primo ingressu domum adivi, quam, cum in area sive portica hospitii sui ad lilium, dictum, excelsum, (quo quidem, plurimi tam ex magnatibus, civibus et externis, quam ex communi plebe confluxerant), eo enim usque Reverendus modum Patres Petentes, silicet Abbatem, et priorem expeditis suis abeuntes honoris ergo comitatus fuerat, cum, inquam, offendissem, salutatione facta, et causa adventus mei eidem in memoriam revocata, et sequens scriptum seu memoriale cum Reversalibus senatus legendum obtulissem, vultu ille protinus immutato et contracto torve me aspiciens oblata respuit ac confestim, omnibus audientibus alta aspera et severa voce sic intonuit: Vos Carthusiani rei estis crimenis laesae Majestatis regiae, vos estis perfidi, vos proditores estis; nihil mihi vobiscum commercii sit: non possum, imo non volo vos audire, non enim aut jus nec possum, vestram causam suscipere. —

p.220.— Hoc ego insperato tanti viri verborum tonitru, ac si tota illa domus cervicibus meis inclinata incumberet, exhorrui. Attamen conscientia rectitudinis mucro aheneo et scuto fretus subnixusque, animo resumpto, et nos vitamque nostram, utpote S. ordinis nostri honorem, in summo jam discrimine versari animadvertens non sane quin decuisset modestia religiosa, sed qua necessitas impetens et dolor animi intimus impulit, verborum responsi audacia. Deum testor, inquam, generosissime comes, et sanctos ejus, quod immerito haec nobis affigantur imponanturque, nam facinus hoc grande neminem nostrum nunquam in cor sucum ascendit, taceo quod scripto, consilio, aut facto quicquam contra praestitam regiae Majestati fidem attentaverimus. — Imo legatus eadem austeritate severitateque: Non scripsistis vos Carthusiani? Ego, non scripsimus nos. — Ille, non? et non communicastis cum adversariis et tractastis consilia? — Ego, non

generosissime comes, non! Nos hic carthusiani Erfordienses non scripsimus, nec cum quoquam communicavimus, sive consultavimus; sed est alius sub duce Electore Bavariæ, qui scripsit, et hic regide Majestatis minime est obligatus devotioni. His placatior effectus ait, si vos Pater non scripsitis, nec contra regiam fidem, quicquam attentastis, ut dicitur et constanter affirmatis, quis
p.221. igitur ille est qui scripsit, et quomodo se res habet cum literis interceptis? refer nobis candide! His dictis conversus Dominus Legatus ad hospitem, Dominum Rodocum, qui inter cæteros qui convenerant, non longe astabat, et avidius attentius que invectionem hanc amplissimi Legati excipiebat (erat autem unus ex primariis senatoribus), hanc ego quem propriis[prius] accedere jussisset, ut simul summam hujus tragediæ nostræ auscultaret, ego sic exorsus sum:

Ego nam, aliter quam ab ipso Domino Residente cognovi, referre nescio. Provinciæ nostræ Pater visitator Bruno Fleischman literas ab illustrissimo Domino Electore Ducis Bavariæ Maximiliano accepit (utrum vero ab ipso Duce personaliter, an vero per interpositam personam, hoc mihi prorsus non constat), generoso comiti Henrico Godefrido de Pappenheim, qui tunc in hisce partibus morabatur, transmittendas: Has literas suis inclusas et mihi inscriptas, tradidit nuncio, rogando ut eas ad præditum comitem per fidelem hominem denominata persona dirigeret. Nuncius vero is itinere in oppido Sexcastensi septem milliaribus hinc distanto, Salveldiæ interceptus est et tentus; literæ vero directæ sunt ad regem, inde ad ducem Saxoniæ Wilhelmum,
p.222. qui tunc cum rege morabatur in| castris prope Norinbergam; a duce Erfordiam, ad Dominum Residentem; Residens autem, acceptis literis quantocyus me ad se advocato, mihi illas ostendit atque legit, et prout potuimus me arguit.

Ego vero cum innocentiam nostram demonstrassem, ac protestatus fuissem, ut revera innocentes sumus et nec alienam culpam in nobis innocentibus mulctaretur, supplex rogassem, nihilominus statim ad domum militem Melitensium olim, sub firma custodia militum, amandatus et relegatus fui, ac deinde ob loci incommoditatem, et corporis inde contractas infirmitates ad monasterium Scotorum translatus fui, ubi etiamnum captivus resideo. Literæ autem Ducis Bavariæ illegibiles fuerant

fuerant, quod ignotis et prorsus hyroglyphycis signis notis que et characteribus conscripta erant praeter solam inscriptionem, subscriptionem que, hoc enim germanice sonabat. Tertio autem die post meam, relegationem captivitatemque, religiosi patres omnes inter ecclesiasticos distributi, omni necessaria sustentatione e monasterio tam a domino Residente, quam modo sub senatu denegata sublataque, unde omnibus, opprobrio
p.223. et onere existentes, miseram et deplorandam vitam ducimus.) His ita candide relatis attonitus et admirans legatus requisitorium in veritate ita res sese habeat: et affirmante me, ait etiamne senatus alimoniam subtrahit? aio, negue micam panis, nec haustum frigidae (aquae!) hactenus subministrasit. Cum ad dominum hospitem, amplissimus legatus, ecquid ita Domine! sed hoc non debet fieri, debent necessaria alimenta ministrari; et conversus dixit mihi: Bene Pater, si vos non accepistis literas, nec quicquam de iis scivistis, quid igitur vobis officere potest tertia persona! Nihil prorsus: similiter et hospes dixerat: (Quomodo essem, ego in causa, si quis mihi epistolam mittens me rogaret, ut alio mitterem, quin argumentum ejus scirem, neque suspicarer; ego certo transmitterem.) tacuit.

His ita gestis Dominus legatus bono animo me esse jussit asserens meras esse suspiciones, quae hoc tempore in cordibus hominum fortes vehementius que invalescerant atque imprimerentur, ac inde difficilius iterum eximerentur, si praesertim aliquis catholicorum iis vel minimam occasionem prostituisset. Hunc ego, ut nihilominus amplissimus Dominus legatus etiam intelligat, quam me-
p.224. -rito et juste factum hoc superioris nostri detestemur, et vigore regulae| ac statuti nostri detestari omnino teneamur, quamque gravissima sub poena ejusmodi nobis literae interdicantur, simulque quam invalida domicilii Residentis objectio sit et argumentum, quod minimum omnino ejusmodi literas accepissemus, promovere eas ac obedientiae obligati fuissemus; ipsum statutum, quod penes me habui, nobilissimae Dominationi legendum protuli, singulariter nr. 5. 6. cap. 25. partis 2dae.

"Nullus scienter vel opinanter, per se vel per alium, prohibemur literas recipere portare vel mittere, aut denunciationes verbotenus facere, quae directe vel indirecte esse possent contra bonum pacis: et Principes, vel quosvis alios magistratus, aut Prelatos ad indignationem provocare. Si prius vel vicarius mandatum

contra

contra fecerit, ab officiis absolventur : si subditus, criminosorum poenam sustineat, donec per capitulum generale relaxetur. -»

Lecto hoc paragrapho, supradictum Memoriale cum Reversalibus senatus denuo eidem obtuli, et amanter accepit, ac deinde Reversales, statim intulit : Pater, suatne eadem, cum patrum, Petreium ? - Dixi, nobilissime Domine sunt. Ille : Reversales has ac astri superiores non possunt subscribere, multo minus vos potestis subscri-

f. 225. - bere. Placuit mihi supra modum amplissimi legati hoc judicium de Reversalibus senatus tam potissimum quod Calviniana et non nostra catholica fuisset Religio-nis : tam etiam propter astantes ipsius Domini legati, Dominum Dact. Secreta-rium et jam saepe dictum hospitem primarium senatorem ; hi ipsi enim paulo antequam cum Domino legato locutus fuissem, in privato conclavi ejusdem hospitii omnibus modis mihi persuadere conati sunt, Reversales hujusmodi senatus legitime et absque illo nostro projudicio subscribi a nobis posse et deberi, neque enim illo sensu intelligendas, quem verba sonarent, sed longe meliori favorabiliorique.

Post hoc nobilissimus legatus plura in commendationem S. ordinis nostri et perso-narum ejus, praesertim cujusdam Episcopi nostri ordinis professi postquam locutus fuisset, omnem suam possibilem operam ad adventum prudentissimi senatus sponondit, et optime considerare jussit ; atque priorem austeritatem majore benevolen-tia obsequii promptitudine ac reverentiae honorisque exhibitione, etiam manuum violento quasi osculo, omnium qui frequentes adierant, stupore recompensavit, atque eodem vespere apud senatum promissam operam, nostabilitas praestitit. Sequitur Memoriale de quo supra. Christianissimi Francorum regis nobilis legatus et amplis-

f. 226. - simus Dominus, Maecenas ac fautor noster summa observantia colendus, sine du-bio meminerit patres carthusianos, nuper scripto quodam suam innocentiam ratione objecti criminis sufficienter demonstrasse, et quando quidem senatui hujus urbis de ea satis superque constat, hinc factum, ut restitutionem carthusianis ad monasterium promiserit quidem, sed alio modo, quam qui certaris Religiosis ab eo praescriptus est, nimirum, ut posthac non alium quam senatum pro dominio nostro monas-teriorum agnoscant, utpote cui illa a serenissimo eorum rege donata sint, hinc donationi sese ipsi minimo opponant, fidelitatem senatui promittant. Cum vero hae conditiones non solum conscientiae, ut patet, et diametro repugnent, sed etiam senatui hactenus

hactenus literas assertæ donationis non exhibuerit, quas tamen proctans è hujus juris fundamentum, esse constat ima quas autem, ob id se exhibiturum ante hæc senatui promisit, non potuerunt Carthusiani petitioni ipsius annuere. Interea vero illi rebus omnibus expaliati, sine necessariis alimentis cum summo status sui dedecore, sine certa sede obærare coguntur, miseris modis indigne afflicti. Quod quando quidem pactis cum christianissimo Francorum rege initis, uti et promissis regis successoris quam maxime repugnet; ideo obnixe petunt, ut senatus literas assertæ donationis exhibeat, quas supplices
p. 227. oribus) suis mittant, et eorum responsum exspectabit. Interim illos in pristinum statum restituerat: si neutrum, quod absit, fiat, amplissimus Dominus legatus hoc saltem beneficii ipsis exhibeat, ut liceat illis ex suo ordine quempiam ad superiores suos mittere. Datum, 17a Martii Anno 1633.

Frater Johannes Arnoldi, prior Carthusiæ; frater Johannes Welty, procurator.

18a Martii, summo mane ab amplissimo legato Nuncio ad hospitium ejus revocati, quam primum una cum patre Johanne Welty ex procuratore eodem me contuli, quo jam Rdus Dominus Abbas Stæ Petri cum patre Sebastiano priore suo venerat. Vocati itaque et admissi intra conclave, ubi jam Dominus legatus cum primariis ex senatu erant congregati, senior nimirum consul Dominus Johannes Wilhelmus Förster, et Dominus Hemingius Kniphoff, syndicus et alii etc. Nobilis Francorum legatus in nostra præsentia denuo causam nostram agere cœpit, et apud senatum instare, pro nostra restitutione ad monasterium, alimentatione, copia vidimata (dimata?) literarum donationis regiæ et salvo conductu pro persona ordinis quæ dictam copiam superioribus nostris præsentare debeat.

p. 228. Hic etiam silere non debui, quam nimirum in carte amplissimus senatus in eos dementissimum suum aliquando emolumentum, laudem et commendationem, citra omnem sinum præjudicium, optimam de nobis bene merendi occasionem studiose sibi oblatam, dabi voluerit. Cum enim regius legatus omnibus modis et justissimis rationibus senatui nostram denuo ad monasteria nostra immissionem persuadere conatus fuisset; senatus autem quamquam satis promptum se ostendisset, regiæ tamen promissionis et donationis periculum, et præjudicium abtendit. Quare huic malo objici, et remorae quoque id cas crearet, et utriusque
indemnitati

indemnitati consuleretur, amplissimus regius legatus protestatione in scriptis consignata, et utrinque premissa (quod scilicet neutra pars nec amplissimus legatus donationi regiae, nec nos Ecclesiae et ordinis nostri juribus, privilegiis et aliis legitimis per hujusmodi immissionem nostram quomodolibet et quandoque praejudicatum velimus), nos iterum admittendos scribi et mandavit et voluit. —

Cum senior consul nimis coarctatus respondit, se nihil posse sine prolatione
p.229. Dominorum collegarum certi statuere, sed facturum de meum officium, ampla hac asseverationis formali: (Nos a h.h. senatu ita tractandos esse, ut nulla quidem-nouitas causa esset.). His dictis gratias egimus praenobili Domino legato, quod nomine christianissimi regis Francorum suam auctoritatem in gratiam nostri interponere dignatus fuisset, et valefecimus, rati Apicii culinam, protinus et stigia nostra subsecuturam, sed inani scilicet persuasione et spe. Quare morae dicturi jam tedio affecti!

25a Martii, Dominicum Todocum, Herold quondam praepositum, Albarum Dominarum ad curiam pro resolutione certa a senatu impetranda amandavimus, admissus is intra conclave consulum, senior Dominus Johannes Wilhelmus Förster ejus nomine senatui dixit responsum: a venerabili P. Priore Carthusiae scripsisse jam sufficienter instructi sint, carthusianos nam in claustrum restitutionem postulare, attamen quia transmissas litteras ex eo ales subscribere renuerint, h.h. senatus eos in claustrum redire permittere non potest. Hoc responso senatus merito quidem consternati debuissemus, quam ob eulpam alienam,
p.230. indidissemus, et poena multaremur insontes. Unde illud Apostoli nobis occinere potuissemus, spectaculum facti sumus mundo et angelis ac hominibus, adeo non solum senatui et magnatibus, et communi plebi caulae ludibrio, contemptui et odio exposiți fuimus: verum etiam ipsis catholicis scandalo et vituperationi, ac demum ipsis nobis Dominis hospitibus, ob multiplices et diuturnas molestias et impotentiam alimentationis (quamvis alias parcissimis) gravis, et nobis metipsis hoc ipso nomine longe amplius onerosi. ...

trad. (Quare necessitate jam extrema impellente, priore senatus quasi nihil moti repulsa, altero libello iterum intercludendum decrevimus formâ sequenti:
„Nobiles, honorificentissimi etc.: Dominii vestri ingressibus exponamus, statuta nostri ordinis

ministrandus

misérandus v. obis. h.h. Domini, s atis notus est. Jam recordari dignentur Domini,
q uomodo non tantum antea diversis vicibus, s ad etiam nuper coram regia Majes-
f.231. tatis Francice legato nobis certam spem promissionemq ue dederint, omnia ita
compositum iri, ut nulla conquerendi causa superesset: q uapropter non pro-
timuus non certiss imo sperare promissionem effectionem, mox secuturam;
Ad maximo cum animi dolore percepimus, h.h. senatum in executione litera-
rum reversalium omnino persistere; aliq uin non tantum restitutio in claus-
trum, s ad etiam necessaria alimentatio nobis denegata foret, sicut jam antea
scripto declaravimus, nos ex causis et motivis expositis nullo modo assentiri
posse litteris reversalibus, q uod a h.h. senatus delegatis intelligi voluit ipse
Dominus Legatus ante discessum suum, qui delegati quidem ad ejus intercessi-
f.232. onem, declararunt, restitutionem in claustrum, ad aliq uod tempus adhuc dilat-
andam, interea vero nobis aptam, habitationem, et necessariam, alimentatio-
nem, nobis subministrandam esse. — Ita et nunc a nostra resolutione
recedere non possumus, iterumque in mentem revocamus, Regiam s uadorum
Majestatem, 1°. non tantum in occupatione hujus civitatis, s ed etiam multo
antea, cum pactum iniret cum Francice regimine, s olemniter promisisse,
catholicam religionem, omniaq ue ad eam pertinentia, absq ue discrimine
pacifice v al violentie occupationis, in suo esse conservanda fore; — 2°. Jan-
f.233. -dem promissionem, hic loci coram multis principibus et comitibus este secun-
dum eundem tenorem, q ui in compactatis continetur, in bonum cleri hujus civitatis
renovasse; — 3°. Posthec clerum in defensionem, protectionem, q ue suam
suscepisse, id q ue ut ad omnium, notitiam perveniret, in publicis tabulis pro-
mulgari curasse; — 4°. — ad hec omnia clerum intuitu hujus regiee tutelee
promissa ad b elli sumptus s atis magnam pecunie partem, summam 30.000
talerorum, excedentem, contribuisse, ad q uod etiam, nostram partem, debito
tempore et modo dedimus; — 5°. hos, ut s atis notum est, nullo unq uam pacinere
hac gratios issima tutela ind ignos evasisse; ex q uo s olo confidendum, regiam
suam Majestatem s ane ne minimum, q uid prescripsisse, q uod huic suce notis-
f.234. -s imee fortitudini et datee s emel promissioni q uoq uomodo adversaretur, prosertim
in tanti momenti rebus religionis et conscientie; q uod ne cogitare q uidem de
sua

suâ regiâ Majestate liceret. Porro ipsi rapientissimi senatores patentium, litterarum, reversalium subscriptionem, solum in donatione a regiâ Majestate propriâ motu factâ fundari, ipsisque absque eâ nullum in hac re jus esse, atque originalis scripti de donatione exhibitionem, quam et necessariam esse ad eamque ostendendam, ipsi se paratos dicerent. Nam necesse est ante omnia, ut ex inspectione regii hujus diplomatis nos informaremus non tantum, super ipso facto donationis, sed etiam quo tendat, quidve ejus
p.235, sensus et consequentes, num et in quantum, juncta illa in reversalibus contenta a nobis exigi possint. Quales sane existimaremus, si (etiamsi Reversales hoc conscientiæ non contrairent) ad tam temerariam et dementem subscriptionem, dandam impelli nos sineremus, et consequenter ea, quæ inter regnum, nam, Majestatem, et Francicæ regimen in emolumentum religionis catholicæ in genere et in speciali in bonum cleri unius cuique hujus loci facta et ordinata sunt, tam facile, quantum in nobis est, dimittaremus et ita multis aliis nostræ conditionis, proque judicium cum
p.236, tamen, quale hæc præstanta donatio de facto sit, plane ignoremus et absque ostentione hujus documenti nullum de hoc judicium ferre possimus, quod eo minus a nobis exigi potest, cum ipsis senatoribus de haud ignorantibus consensus noster super aliis, utpote qui tanquam meri administratores ne minimum quid de ejusmodi ordinis cedere possimus, frustra daretur et ad acquisitionem alicujus juris super allatum pariter conduceret. Ad quæ iterum instanter petimus h.h. senatores, ut hæc omnia bene et mature considerare, a postulatione nostræ subscriptionis, quam officium, probitas et honor et fides, omnino desistere et tam, respectu jam expectatæ admissionem, in claustrum, nostrum tandem
p.237, concedere dignentur. Quod si non ero, quod non speramus, hæc admissio ad aliquod tempus adhuc differenda esset, volunt data sua promissionis memores esse, et ad nostram sustentationem et alimentationem necessaria prorsus ita. Nos etc. etc...

Datum Erfordiæ 30 martii, Anno 1633. —) (La traduction suit ou est abrégée. —

Fabet Johannes Arnoldi, prior carthusiæ, Pater Johannes Welz, procurator. —

Præsentato hoc libello supplici prædictissimos senatui prid. calendas Aprilis, dum ipsis calendis tale nobis redditum responsum. — (Senatus, multis negotiis occupatum

nam

ram perpensurum, et resolutionem definitivam suo tempore ad nos transmissurum, nos vero propter hoc negotium ne accedamus senatum.) —

8 Aprilis (1633), Idem senatus per dominum Johannem Lossen Archigrammateum suum plenariam resolutionem nobis denunciari jussit talitèr:

(Senatui placere, ut D. P. Leonardus Ebert (erat autem hic paterm ente
p. 238. captus amplius vigintè) in claustrum transferatur; eum cum administratore claustri Domino Rudolpho Graumann quo ad victum et sustentationem jam esse compositum; posse nos eum in claustrum adducere, quandocunque placuerit; quod vero reversales attinet, a nobis exponendum, quid in his nobis displiceat; duos ex nobis ad curiam venturos, ut ipsis documentum originale regiae donationis ostendatur; quo ad alimentationem vero eum claustrum omnino sit spoliatum, et nulli ads int reditus, senatum plane nescire unde nobis hanc subministrare possint.) — trad. —

Categorica ergo hac senatus resolutione finali accepta, et spe omnimod a restitutionis alimentationisque plane desperata: superabamus autem decimus pro literis donationis regiae curiam adire, quandoquidem, earum inspectio, sane etiam lectio parum aut nihil profuisset, sed eodem die 3a Aprilis, ne forte senatum, restitutionis pro patre Leonardo ad monasterium procuraret, adhuc sub cruce sub eum, nostris eundem curru deferri ad curavimus. —

Atque desperatis circa nos humanis auxiliis, divinum jam instantius et ferventius implorare cœpimus, certo scientes, deuciam nostram apud cum
p. 239. minime | putaram manere, et etiam, rei ecce exitus, Dominum nostrum calamitatem, desolationem et extremam agestatem, misericorditerque ex alto respicere ac misereri jussit Pater et Deus totius consolationis, mirabile dictu, omnium admiratione et extasi quasi, generosissimum Dominum Edmundum Talbanum, comitissamque de Gleichen et Thoma, videlicet (cum nescio quo referente nostram supra dictam calamitatem et inopiam, diocesis et) religionis licet acatholicæ alienum, ad eo potenter movit, et spiritum charitatis commiserationisque erga nos accendit, atque desuaviendum efficaciter impulit, ut per diversos diversis vicibus, dati et eleemosynæ intuitu omnem nobis necessariam sustentationem

-tationem ultroneæ obtulerit. Hoc igitur oblata divinitus eximia benevolentia admodum lætificati, patrem Johannem, procuratorem, protinus ad ejusdem Dominum œconomum, jam olim notum, certum quid cognituri ablegavi. Qui dispidentia primum ab eodem et moræ correptus, deplorat promissis et acceptis dictis omnium nostrum ingenti aggratulatione et gaudio redit.

Quare ego quoque diuturnæ captivitatis meæ vinculo jam liber, communi cum animarum, tum corporum nostrorum saluti et utilitati prospecturus tempestive, de confratribus meis per urbem dispersis, et quotidie passim per civitatem, oberrantibus, (relevando famis stigque gratia et frequentato solo panis sicco, raro calidis refactis, neque ad satietatem), congregandis omnino f.240 solicitus fui. Ergo primo planus de R^do Domino Johanne Schodero, canonico ecclesiæ primariæ B^tæ Virg^is Moniæ et parocho ad S^tam Crucem, uti fuerat semper S. ordinis nostri observantissimus, et juvenis olim monasterii multo tempore fidelis famulus, eundem pro domo sua ecclesiastica ad caput porci contra scholam, juris nobis assignanda interpellavimus, quam ipse promptissimo animo addixit, id solum rogitans, ut cum scitu et licentia amplissimi senatus fieret, ne ipse calumniam sustineret. Deinde quoque per Dominum Jacobum Tunemann monasterii nostri litis procuratorem, apud senatum obtenta, migrationem et conventionem in unum maturandam censuimus. Itaque 17^a Aprilis, qui tunc in Dominicam Jubilate incidebat, R^do. admodum, calendoque et nunquam satis commendando patri hospiti et Mœcenati nostro Domino Hugoni Wallasio, Abbati Scotorum, et toti conventui, qui me hactenus octo, et patrem procuratorem cum patre seniore Henrico Kirchoff quatuor integris mensibus divinissima prorsus charitate aluerat, foverat que, valediximus et ad dictam domum ecclesiasticam omnes, excepto patre Philippo Hunckel (cui id persuadere non potui, qui scilicet justa nomen suum quotidie pejus et turpiter magis a recta rectitudinis claudicare cœpit), migravimus. —

Collectis igitur in unum, statim generosissima Domina Edmunda Juliana, Dna f.241. Comitissa ultima hujus nobilissimi et perantiquissimi stemmatis comitum de Gleichen nata de Hohenloe, omnem necessariam annonam, in frumento, vino, cerevisia et aliis esculentis subministrari jussit; cujus charitatem deinde plerique tam catholici, quam alii ex civibus etiam magnates æmulati, pro sua quisque facultate devotione et commiseratione affectus, intuitu eleemosynæ, certatim, ut patet ex libro

benefactorum

benefactorum large suppeditarunt. Quibus omnibus opulentissimus et liberalissimus in omnes recompensator Deus; qui nec frigidae haustam, irremuneratum dimittit, hic et in futuro millesimo recompensationis foenore omnia cumulatissime restituere dignetur. —

8 8bris Aprilis (1633), Coemiterium nostrum senex rebellavit contra Dominum suum, ut non esset subjugo et abiit post Thalcam, filium Nabal, qui peccare fecit Israel, antiloasque in vias ejus. Contigit autem, post haec, ut plerique etiam magnates, videntes et considerantes nobilissimae hujus foeminae divinam propre charitatem, benevolentiam, largam manum, et singularem erga miseros, desolatos et afflictos nos patres commiserationis affectum, indignati sint et invidia stimulati omnibus modis eam impedire et avertere sint conati: Verumtamen virtutis heroicae, quae Deum solum intendebat, et humanae commiserationis affectu agebatur, nedum his vituperiis obloquutionibusque segnior redita, quin imo benefaciendi studio magis accensa, sua, aidbat, sese erogare, non aliena, suo arbitrio et potestate in dispensandis a Deo sibi collatis, sine ejus pauca, injuria, eleemosynas sine respectu personarum, in indigentes faciendas, sua nihil interesse
p. 262. Cujus religionis esset! | meminisse tamen se, suis officialibus multam, frequentem humanitatem, et benevolentiam a nobis exhibitam, unde juste ac merito gratam, sese ostendebat beneficiorum in suos memorem; Hisce conatus eorum illusit, nec quandiu superstitit, benefacere cessavit. Interim, amplissimus senatus, sive in decus suum id fieri ratus, sive commiserationis sero ictus affectu, personam Doctoren, Georgium Thiell, syndicum, nobis significari curavit, quandoquidem in domo ecclesiastica habitaremus, et senatus protectione frueremur, necesse fore ut eidem senatui autem fidelitatem promitteremus, nos nihil mali contra eundem, moliturosve verbo, scripto, aut facto: quia praestita, necessariam nobis alimentationem ex monasterio nostro subministrandam, et cetera requisita. Nos vero cum petitionem aliquandiu suspendissemus, materiaris consultationis gratia, demum ad eosdem Dominos syndicos admonuit, sequentem senatus fidelitatis cautionem et promissionem per Dominum Jacobum Fanemanlitis procuratorem transmisimus:

Litera Fidelitatis nostra senatui exhibita. —

Nos

trad. (Nos infrascripti carthusiae Erfordiensis Prior, procurator caeterique conventuales contestamur, senatum, hujus civitatis honorificentissimum, postulationibus ac
p.243. solicitationibus verbo et scripto frustra adhibitis, nullo modo nobis concedere velle reditum in claustrum, eo quo ante dimidium jam annum, ad tempus discedere coacti eramus, nisi literis rescriptis aliquibus a nobis ratificatis; quod facere cum conscientia nobis prohibeat, restitutio nostra tam saepe expostulata hucusque in suspenso manet. Nec vero interim necessaria sustentatione privaremur, supradictus senatus non tantum domum ad monasterium B^tae V^is Mariae pertinentem, pro habitatione nobis assignavit, sed etiam necessariam, in eadem sustentationem, subministrationem promisit. Nos vero promittimus ac spondemus, eâ quae par est fidelitate semper civitati addictos fore ita, ut neque verbo neque opere, nec clam nec publice, nec per nostros nec per alios aliquid moliri vel agere velimus, quod in damnum et noxamentum civitatis hujus cedere possit. In testimonium hujus nos hasce literas propria manu subscripsimus. Datum Erfordiae 6^a maii 1633.
Fr. Johannes Arnoldi, prior carthusiae, fr. Johannes Weltz procurator, fr. Michael Dalcke sacrista, fr. Jacobus Gabell conventus. —) habuit. —

p.246. Ad haec ne miraris amice lector, quod pauciores subscripserimus, meminisse te velim illius salvatoris: Simon, Simon, ecce Sathanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum, Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Ita in angelum lucis se transfigurans, et in unum alterumque proximum artis suae exercens, pallacibus licet mis persuasionibus circumventos, jugum obedientiae detractare et pati dire facerit, res ipsi tamen divina misericordia diu errare et in finem perseverare non permisit. —

Reversalibus ergo hisce fidelitatis prudentissimo senatui praesentatis, eas de quo proinde omnem nostram expectationem ratas habuit, et eam ipsam ob causam confestim administratori domus nostrae Domino Rudolpho Gumman de nostris ad sustentationem nostram nobis procurandis subministrandisque serio demandavit.
Et ne quo mora intercederet longior (quae forte defectus in monasterio occurrebat propter antecedentem expoliationem), ipse Domini Doctoris Georgii Thyels syndici, officialis B^tae Mariae Virg^is Domini Henrici Wiedebolt, nomine senatus 83^a junii, duos florenos, et dimidium, mediam, mistae pecuniae 89^a ejusdem, nobis assignavit

assignavit; ac dein cps. gubernator carthusiae hyppradictus alimentationem semel
p.245. coeptam, ut ex ? procuratoris computu patet, usque in praesens continuavit.

9a Maii (1633), Admodum Rdus Dominus Hugo Wallasius, Abbas Scotorum, profec.
-tus est Ratisbonam, futurus ibidem abbas.

6a Julii, dictus suus obiit generosissima et laudatissima Domina Edmunda Stuba-
-na, Comitissa de Gleichen, insignis benefactrix nostra; et 85a ejusdem resipuit
coemiterium nostrum a reparatione.

10a Augusti, consultissimus Dominus Doctor Georgius Lhyel, ex mandato senatus,
nos ad locum capituli ecclesiae Bmae Mariae Virg.is citavit, apud quem die 11a ejus-
-dem Pater Johannes Waltz procurator noster comparuit, cui isthaec proposuit: —

(Relatione fidedigna senatui facta, patrem priorem carthusiae jam in adventu
regiae suae beatorum Majestatis ex bibliotheca optimum ornatum, et imprimis duos
res pretiosissimas, S. Nomen Jesu niminum margaritis adornatum, et documenta
manuscripta in terra defodisse vel alibi abscondisse: adeoque si serio admonitus
idem pater prior ut eas patefaciat res, nisi secundum leges secum agi velit.)

Pater colloquendum addidit haec verba: (juramentum a nobis deponendum fore,
p.246. adeoque prospiciendum esse saluti animarum nostrarum. —)

Ad haec in scriptis, ut alias, sub forma quidem sequenti respondere utcunque
animus fuit, verumtamen ob certas rationes distulimus et retinemus, prout impia
videbitur, respondimus. — (Honorificentissimus ac eruditissimus Doctor Georgius Lhiel
nomine senatus priori carthusiae hujus loci intimavit, quomodo senatus rescivisset
ipsum priorem mox post adventum regiae suae Majestatis beatorum laudatissimae
memoriae, ex carthusiae bibliotheca optimum ornatum, imprimis vero duas pretiosis-
-simas res, nomen Jesu niminum margaritis adornatum et monasterii documenta
manuscripta in terra defodisse vel alibi abscondisse, simul admonitus fuit prior
ut vel indicaret locum, ubi haec omnia asservata sint, vel paratus esse ad seve-
-riora. Ad quae idem prior, ad obsequia cetera quam paratissimus, haec respondit,
cum senatus jam saepius sufficienterque informatus fuerit, quibus ex motivis et
causis prior ejusque conventuales in monasterii sui occupationem, tanquam in rem
p.247. juramentis deo et ordini factis, simul et regiae suae Majestatis declarationibus directe
adversantem, nullo modo consentire possint —; cumque ipse senatus auditis nostrae
rationibus

retractationis causis a postulatione, ut litteras reversales supradicti subscriberent, debiterit, datâque ab ipsis promissione fidelitatis quietam habitationem et sustentationem, f.248. in loco ubi nunc commorantur, promiserit et concesserit, - cumque supplex postulatio et contradictionem cum datâ regiâ promissione et omnes possibiles consequentias importet, quibus omnibus consentire et ita conscientiae reos se facere nequeant ex officio et per Deum obtestantur, ut talibus postulationibus et praesertim talibus accusationibus in posterum non amplius exagitentur; simulque pro nunc et pro semper definitive declarant, potius ad extrema se paratos esse, quam ut vel minimum ab officio discedant, caeterum parati semper ad omnia obsequia conatui grata. Signat. etc...) trad. - sans doute un peu abrégée. -

Dimisso itaque hoc in scriptis redacto responso per procuratorem oretenus modo et forma requisitâ respondit: Promissis promittendis. (Quod insinuationem nomine senatus a sua excellentia patre priori nostro superrime factam attinet, cum f.249. nimirum duas pretiosissimas res, S. Nomen et eam margaritae ornatum et pictum et documenta manuscripta in terra defodisse vel alibi abscondisse, aliamve plane et minime ipsi hoc vel de re, neque se ullo modo in hoc puncto reum esse, senatum non secundum veritatem, sed false informatum fuisse; se omnino nescire quo res e bibliotheca deportarint, cum ipse ex improviso e claustro discedendum fuerit, se vel alle vel de re delatorem, cui rei gravatio incumbaret.)

Ad haec consultissimus Dominus Doctor Georgius Theill dixit: (Cum in eâ affirmatione, nihil nos hisce de rebus scire, persistamus, debere se hoc in nomine Dei Dominis suis nuntiare; se ex nullâ parte in hoc casu argumentum de minori ad ma- 250. jus ducisse; nam die Lapso Dominum Rudolphum Graumann sibi nuntiasse, aliquem e claustro cothurnos, alium vas culinum argenteum (in quo sacrum oleum conservabatur) quae res abscondita erant, secum abstulisse; - se inde conjecisse (certe non inanitas), rebus tam pauris abscondita eo majoris res magnas esse absconditas.)

15a Septembris. - Rdus Patres Ste Jacobi ad Scotos abierunt Ratisbonam, et Dilectus Pater Sylvanus Mainus, et Pater Kilianus noviteus, ambo nationis Scoti, quos comitatus fuit Pater Bertholdus Held, ordinis praemonstratensium, cum aliquando in hic ad Sanctum Martinum, in Puleto parochi officio functus fuisset. -

30 Septembris, Clarus Erfurtensis amplissimi senatus revers ales ob dientiae, fidelitatis

-atis et subjectionis subscripsit hoc tenore:

trad. (Nos infrascripti monasteriorum Dominae Nostrae ac Stae Severini conventuales, quibus amplissimus ac sapientissimus hujus loci senatus promisit libertatem, et exercitium Religionis simul et tutionem, protectionem, nostraque habitationis perceptiones, prabendas, beneficia respective parochialesque ritus in sua immunitate relicturos se ac conservaturos esse, spondemus atque juramus
f. 251 coram Deo, nos almae hujusce urbis coronae ejusque in hoc bello confoederatis regni statibus, imprimis civitati Erfordiensi addictos et fideles hujusque loci senatui obedientes semper permansuros, eorumque emolumentum, et praeventum prosse promoturos, et contra omne nocumentum, damnum, periculum praspecturos, nunquam contra ipsos, multo minus contra hujusce urbis coronam ejusque confoederatos consilio, pacto vel facto aliquid molituros neque alios, ut tale quid faciant, adjuvaturos; Porro omnia suspecta et contra supradictas Dominationes directa conventicula atque attentata detecturos; et siquid tale ad aures nostras pervenerit, statim hac de re senatum admonituros, auctores vero a talibus abducturos, simul vero impense collaboraturos ut almae hujusce urbis coronae ejusque confoederatis, senatui atque civitati huic per nos neque
f. 252 directe neque indirecte aliquod periculum, nocumentum vel molestia causetur, multo minus talia molimina argumentis ex jure canonico vel civili allatis excussaturos, neque defensuros asserturum, quod clerici juramento civili auctoritati vel iis, qui alterius sint religionis, facto, non obligentur; Sic Deus nos adjuvet atque sancta ejus Evangelia etc signat.) tradit —

14a octobris (1633). — hostes Torbonam, vineas atque sub peccatis, mobis insalutatis abiit Herbipolim cum ibidem futuro superintendente.

20a Novembris, solemni processu universorum per aggeres et fortalitia urbis arcisque majorum ac minorum, prostantium, tormentorum exoneratione, grandi horrisona que fragore et terribili boatu, festivoque cultu triumphum de capta Ratisbona ab illustrissimo Duce Saxoniae Bernardo, aggratulabunda civitas Erfordia celebravit, die 12a ab ejus occupatione. —

30 Decembris, Ex mandato senatus Erfordiae relegati profectique sunt admodum Rdi ac religiosi Patres Stae Trinitatis, ordinis Stae Benedicti, Augustiniani et societatis

Societatis Jesu. — In Monte Ste Petri:

R^dus Dominus Johannes Hemingius, Abbas. Pater Sebastianus Lang, Prior.

Pater Petrus Patz, supprior. — P. Oswaldus Albini, senior.

P. Johannes Bachman. — P. Martinus Hemminck, sacrista.

f.253. P. Johannes Kircher, culinarius. P. Placidus Neust, 2 iaconus.

Frater Lambertus Brauer, professus monasterii in Gerода. — Frater Conradus Schlatzberg, conversus.

In societate Jesu:

R^dus Pater Johannes Colinus, postquam continuis 20 annis hanc in urbe concionibus; confessionibus et institutioni juventutis maximo cum fructu profuisset, omnium exploratione et luctu emigrare compulsus, cum patre Gallo Haustar, adjutore laico.

In Augustinianis:

R^dus Pater Michael Wolckringer, prior. Pater Ferdinandus Wild.

Pater Ambrosius Vomelius. — Frater Nicolaus Rudter, laicus. —

Anno 1634, 25a Martii, ipso Annunciationis beatissimae Virginis Mariae festo, Dominus cancellarius regius Axelius Erfordiam, hora 6a vespertina venit, et altero, qui tunc incideret in diem Dominicum, Doctore, stylo utroque tum novo tum veteri, post concionem, hora 11a pomeridiana victoriam de Caesarianis in Alsatia partam, 66 majorum tormentorum, horribili explicique rebo ater Erfordienses aggratulabundi, ingenti triumpho excepere.

10a Aprilis, fuit feria 2a post Dominicam Palmarum, Dominus Dominus ibi moram veteri lustratae civitate ad prandium in carthusia diverserunt, mandato jussuque

f.254. senatus, nominatim primarii consulis et syndici perpetui, Domini Doctoris Hieronymi Brickners impransi amandati sunt, haud leve inscula eorum dem offensa et querimonia, ne similiter hoc exemplo monachi aliquando restituto monasterio, docti idem factitarent. —

5a et 6a Maii jussu senatus demolitum est altare parochiale ecclesiae collegiatae Ste Severi, post 164 annos a fundatione et consecratione sua. —

NB. — 17a Maii (1634), obiit piissime in Domino venerabilis et religiosus Pater Johannes Weltzius, natione Francus, patria Herbipolensis, professus et gubernator plurimis annis et vicarius domus nostrae et aliarum hujus provinciae; sepultus 19a ejusdem in peristylio primariae ecclesiae B^tae V^is Mariae (quia senatus locum sepulturae

in coem.

in carthusia nolebat concedere) prope capellam Ste Clementis, juxta patres Societatis Jesu, versus coemiterium interius, ætatis suæ anno 54° postquam in ordine vixisset annis 34 diebus 6.

25a Maii (1634), Octava denuo solennitate et majorum tormentorum duplici explosione victoriam de Cæsarianis a Duce Saxoniæ Electore obtentam celebrarunt Erfordienses. — 2a Julii, a prudentissimo senatu ad curiam invitatus Rdus Dominus Martinus Lotzius, parochus ad S. Laurentium, ibidem retentus fuit usque ad 9 ejus-
p.255. -dem mensis/diem, eo quod noluisset subscribere cum aliis reversalibus senatui. —

NB. — 16a Julii, A serenissimo Rege Hungariæ et Bohemiæ Domino Ernesto Ferdinando, Cæsaris filio, recuperata est Ratisbona.

15a Augusti, Libri nostri universi redii a carthusia jussu senatus ad monasterium Augustinianorum, vetus translati sunt. —

6a Septembris, Obtenta fuit divinitus omnium hactenus gloriosissima victoria a Cæsarianis, de Cæsis fugatisque tam regiis quam confœderatorum exercitibus tribus fortissimis prope Nortingam civitatem imperialem sitam, et quam in potestatem redactis ultra 6000 commeatum quadrigis et curribus cum universa artollería, tormentis et curribus appertinentibus: capti sunt vivi de excæcata hæreseos primariis duæ exercitus Dominus Gustavus Horn et alii 60 duces, tormenta majora 70, cæsi in acie 12000, a parte vero Cæsaris 600 gregarii milites, colonelli sive duces quinque. —

28a Augusti, Noster Jesbocam redit Herbipoli Erfordiam versperi circa 6, et 18a novembris denuo abiit cum quodam hæreo professo quæstum, ad suum quartirium, hoffmaisterii officio apud eundem facturus, cum hactenus aliquamdiu pro famulo
p.256. in hospitio communi/ad S. Christophorum, meruisset. —

25a Decembris, Reverendissimus Episcopus Herbipolensis simul et Bambergensis, civitatem suam Herbipolim recuperavit, ibidemque sacrum solemne celebravit.

Anno 1635, 18a januarii, idem Reverendissimus arcamque per accordium receptit, et Reverendissimus Episcopus Ratisbonensis hactenus eadem captivus liber exstitit.

NB. 4a februarii, infirmatus est Venerabilis Pater noster senior, Henricus Kirchoff et decima ejusdem mensis die pientissime in Domino obiit, sepultus in parietibus primariæ ecclesiæ B.mæ V.is Mariæ prope capellam Ste Clementis, paulisper infra sepulchrum patris Johannis

Tobiamis Waltzii procuratoris contra meridiem, quorum amborum animae requiescant in pace: Amen. —

17a Februarii (1635), Dominus Rudolphus Graumon, gubernator carthusiae perfratrem Jacobum Gabell conversum, alimentationem recusavit. —

18a Februarii, hora 3a vespertina Pater Philippus Hunckel, deo et ordini hactenus dubius amplius amicis inobediens, rebellis et propriae salutis prodigus, sed castigatus divinitus, meliora et saniora sapere incipiens, eager admodum, qua mente, qua corpore facillo imiscues, famosus et exutus omnibus, admos sese (preperans, quae hactenus gesserat emendaturus) recepit. —

f.257. 19a Februarii, supradictus Dominus gubernator carthusiae praemonitus de adventu confratris nostri patris Philippi eundem visum venit, et in recessu infra portam, dominus ad caput porci requisitus a me super causa denegationis alimentorum, respondit: (Rem ita se habere uti jam fratri Jacobo dixit, nimirum se non amplius posse nobis alimentationem praestare, cum additus omnino deficiant; imo se jam de proprio plus quam 400 florenos expendisse, ut evidenter ex calculis confectis videndum; me requaquam in malam rem, ipsis interpretari posse, si dehinc non amplius de suo solvat impensas. Ad quae respondi, me nullo modo ab ipso hoc requirere posse, neque me rem ingendi modum in malam partem accipere; sed velle me totam rem, scriptis exponere ab ipso que responsum expectare, quid in hoc casu faciendum. Ad quae respondens, rogavit, ut rem ad aliquot adhuc dies transferem, se hodie jam carisam ad illa rationem deprosituros et ob nuptias Domini Joachim Gerstenberger tubicinis militum, nihil potuisse conficere, sed jussum se finitis nuptiis iterum comparere; se tunc optimae nostri memorem, fore et responsum nobis daturum. —) traduct. —

f.258.

23a Februarii, Pater Philippus coram notario publico Domino Jacobo Tuneman, praesentia me et patre Michaele tanquam testibus, revocavit, annullavit quaecumque contra professionem suam, cuicumque magistratui sive magnati vel aliis quibuscumque aliquando promisit, alienavit aut resignavit.

1a Martii, Reconciliatus est dictus confrater noster pater Philippus in foro ecclesiae et habitum, reinduit ad formam statuti.

5a Martii, Dominus gubernator carthusiae plenarie et perfecte denuo obiit per confratrem

confratrem nostrum, Iacobum Gabell conversum recusavit alimenta obtendendo impossibilitatem: (Nam cum frater ille nonnullas res necessarias, ut instrumentum et farinam pro hostiis conficiendis et paululum saponis postulaturus Carthusiam adiisset, gubernator Carthusiae ipsi respondit, se nihil amplius dare posse, cum nihil plane adsit: Duo dolia cum cerevisia adhuc supfuisse, nihil vero aliud; nos tantummodo apud senatum conqueramur, quo citius eo melius. Et ita frater absque rebus quaesitis rediit. —

p.259. 6a Martii, D. M. Hieronymi Proctorii, annis praeteritis 1633 et 1634 Herlipolensis superintendentis constituti ab illustrissimo duce Domino Ernesto, saxoniae, lineae Vinariensis, uxor in carthusia, in cellarica hypocausto peperit filium, suum, celebravit. O tempora! o mores! —

7a Martii, Amplissimo senatui sequentem libellum supplicem per Dominum Iacobum Tunemann litis domus nostrae procuratorem, obtulimus: —

trad. (P. P. Domini precibus meis commendatissimi etc. . . .

Ante duos annos (ut P. P. Dominis satis notum est) ego et subditi mei conventuales absque omni culpa nostra e carthusia nostra expulsi fuimus, dato quidem nobis solatio futurae mox restitutionis, si Litteras reversales a senatu nobis exhibitas
p.260. subscripsissemus. Ea causis gravissimis nullo modo potuimus nos religiosi subscriptionem dare, sed placuit P. P. senatui in subscriptionis postulatione persistere, nobisque data a vobis fidelitatis promissione domicilium, quoddam ad monasterium B^tae V^is Mariae pertinens ad habitandum concedere et alimentationem necessariam promittere. Nos vero frustra adhibitis reclamationibus hac concessione contentos esse debuimus, qua etiam hucusque ita frui potuimus, ut occidente benefactorum aliorum liberalitate sustentationem nostram necessariam inveniremus. Admiramur, quod administrator carthusiae a senatu institutus dehinc ex protecta impossibilitate alimentationem nobis exhibere renuat. Quod data nobis pro-
p.261. missioni plane contrarium est. Et perpendat, quaeso, P. P. senatus, nos per occupationem carthusiae contra regias protectorales litteras omni pene vini et frumenti omnibusque aliis ad sustentationem necessariis rebus, insuper, redditibus per illos annos ad alios usus adhibitis, omnino spoliatos esse, ita ut facta etiam repentina restitutione, tamen deficientibus omnibus rebus ad sustentandam

vitam

vitam, necessariis, modo de nobis agerentur, si promissa alimentatio nobis nunc subtraheretur; quod injustum eo magis foret, cum P.P. senatus reddit[ibus] monasterii
p.262 sui eosque publica auctoritate etiri tuto exigere poterit. Adeoque certo speramus a senatu aliam omnino resolutionem dandam fore, quam quod administratori placuit; quod officialitas etiam exspectamus, cum periculum in mora sit, et interim P.P. senatus hospitalitatem, Deo enixe commendatam, habemus. Datum Erfordiæ $\frac{6}{24}$ Martii Anno 1635. Frater Johannes Arnoldi, prior Carthusiæ, Fr. Michael Dulke, sacrista, fr. Jacobus Gabell, conversus.)

Eodem die, scilicet 7ª Martii, in Carthusia Montis Stæ Salvatoris in hypocausto hospitium, in ipso priorato, recens natus filius Domini M. Hieronymi Proctorii, superintendentis olim Herbipolensis baptizatus fuit, patrini dilecti fuere tres, primus presbyter quidam, evangelicus, alter gubernator olim collegii patrum
p.263. societatis Jesu Herbipoli, tertius gubernator modernus carthusiæ nostræ Dominus Rudolphus Graumann, infanti nomen inditum Johannes Hieronymus, duo priores contulere nomen, tertius bursam. Nobis non defuturi sumus, si staturi sumus, hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos. Recordare obsecro Domine quid acciderit nobis, intuere et respice opprobrium nostrum, et ubi gloriæ tuæ accordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum; converte nos Domine ad te et convertemur, innova dies nostros sicut a principio.

12ª Martii, Amplissimus senatus (cum jam præcedentibus diebus administratori carthusiæ accito ad curiam, querelam nostram significasset eundemque serio de alimentatione nostra prosequenda admonuisset, at ipse proprio ore nobis est confessus), urgente nomine nostro Domino Jacobo Tumeman resolutionem super oblato libello supplici, per Dominum Johannem Dossart senatus primarium archigrammateum tandem responsi dedit, quod d. senatus jam Domino administratori carthusiæ super querela nostra respondisset; ex hac itaque die administrator iterum alimenta subministrare cœpit, sed gravate admodum et coacte magis.

18ª Martii, Confrater noster pater Philippus Hunckel Deo et Ordini in foro quoque pœnitentiæ reconciliatus et sacramentalibus absolutus est, ac sacra communione
p.264. refectus, quem Deus, cujus natura bonitas, in sancto proposito in finem confirmet stabilitatque. Quare gaudere nos et gestari oportuit et congratulari invicem, in

Domino

Domino, quia frater hic noster mortuus fuerat et revixit, periverat amisso quasi tribus et inventus est. Unde autem a congratulationibus hic lusus votivus natus est:

2. Da pacem, extirpatricas, Tu scis Christe Custos. Frater Johannes Arnoldi Prior
1. Da pacem, gratis ora tuis roseo. Dominus Johannes Drusianus, J. V. D.

Gieb Herr zu unser zeit, uns Menschen freudt
zu ewigkeit. — Dominus Johannes Damer, Archimandritus. —
Gross, gross al daran Engel freudt,
Wan sünder büssen üb en rau. Frater Michael Dulcke, sacrista. —

23a Martii, Dominus administrator Carthusiae denuo renuit alimentationem prosequi, mihique in hoc formalia per confratrem nostrum Jacobum conversum denunciari fecit: (se nihil amplius nobis dare posse, nos iterum conqueramur,)

29 ejusdem, eadem repetivit, vacuo dimisso confratre atque eadem tertio 31a ejusdem confirmavit et per eundem confratrem nostrum mihi significari mandavit, (se nihil aliud nobis dare posse, nisi cervisiam, et panem, quousque ads.) p. 265. - vit.

et rejecta prosecutus. —

Quare super hac ejus restrictione alimentorum quid senatus nominatis primariis hujus ami consules, videlicet nobilem Dominum Johannem Millwitz et Dominum Johannem Knipkoff, quibus superioribus diebus supplicationem autographam obtuleramus, orationes per Dominum Jacobum Tunemann conquisitas sumus. Verum quum rem et querelam nostram ad commissarios ecclesiasticorum devolvendam indicassent, aliud praeter spem, nil responsi accepimus. Unde cum administratorem ideo accitum, accepissemus, eundem super statu rei requirendum putavimus, qui quidem commissarios se adhuc fassus est, sed responsum et resolutionem eorundem nobis per Dominum Florianum Muller, scribam senatus, deferendam insinuavit. Resolutionis ergo cupidi et moras pertosi, Dominum Florianum per Dominum Jacobum Tunemann requirendum petivimus, qui petita complens hujus eam dicti responsum retulit, Dominum administratorem dixisse (se sufficienter ad manducandum et bibendum nobis dedisse, si vero quid largiatur, nos hospites invitare et epulas facere.)

Stupui cum audivi, et pudit me hominis invereundiae ac impudentiae, cum antehac saepius alibi passim, et nobis autem in facie dixerit: (se pateri

se debere, nos nullo modo sustentari posse ex iis, quae ipse nobis subministrat, nisi etiam alii homines ad hoc conferrent.)

f. 266. Pro dilucida ergo hac impostura die 6a Aprilis, cum pridie hoc responsum accepissemus, summam totius victus vestitusque, quoque sigillatim specificata et calculata ab integro anno et in charta descriptam, per eundem dominum Florinum senatui offerendam tradidi, ejusque censurae et judicio subjeci. Quam tamen hactenus ob nimia et grassissima negotia senatus ita pretendebat, minime tradidit, parcendo singulariter administratori, sed ut aiebat, nostrae egestati consuleret, postridie sabbatho sancto paschae florenos duos, quos clanculum, et inscio Domino administratore ab hortulano Germano Schmidt suscepisset, nobis obtulit. Interea autem cum hic quoque justa conditum et promissum non reverteretur, et administrator similiter in sua sententia perseveraret, nihilque praeter potum et panem largiretur, praedictos Dominos Consules iterato interpellavimus per Dominum Jacobum Tunemann; sed singulariter praeter patientiam habendam aliud nihil reportavimus, resolutio enim in crastinum imperitanda disparuerat. Quapropter cum dies interim laberentur et menses, amplissimum senatum, sequenti libello supplici denuo fatigandum, putavimus pro certo tandem, resolutione. —

f. 267. (P. P. Senatores etc. . . Nostras quotidianas de subtracta nobis licet promissa alimentatione amplissimus senatus ex supplicatione nostra de dato 6a Martii perspicere potuit. Cum vero post toties iteratas promissiones, post varias a nobis factas sollicitationes ac preces nullam hucusque definitivam, resolutionem, imo ne minimationem quidem, cur ita male de nobis agatur, naque quid senatus agere cogitet, rescire potuerimus, quamvis alimentationis negotium moram non patiatur: Jam nunc certo speramus, P. P. senatum, de cetero non amplius in contradictione cum sua data promissione nos derelicturum, sed post tantam archibitam patientiam tandem aliquando maturatam, et benignam resolutionem nobis submissurum. Interim nos etc. . . Datum Erfordiae die 16a maii Anno 1635. Fratres Johannes Arnoldi prior carthusiae, Fr. Michael Dulcke sacrista. Fr. Jacobus Gabelle conversus. —) transmiss. —

f. 268. Oblata itaque praecedenti supplicatione senatui 16a maii per consulem procurat.

procuratorem nostrum, Dominum Iacobum Tunemann, senior consul Dominus Iohannes Wilhelmus Forster eodem? die? eodem, his ce nomine senatus responsum dedit: (Dominos magistratus litteras nostras supplicas perlegisse, sequenti die iterum compareamus, auditum, nobis fore.) Nec mora, promissa sequitur effectus, neglecta enim hactenus sustentationis et alimentationis acriter reprehensus administrator, 15ta Maii, altero summo mane per scribam suum, 5 flor. transmisit: nec segnior in commissione sua Dominus Florianus Mullar, senatus amanuensis die 18a ejusdem alios thaler philippicos dalaros tulit patientiam, nostram, tantisper potius? auli? consolaturi jussa; donec differentia inter senatum et administratorem transigatur. Addidit praecedentibus idem administrator alios 10 flor. quibus tamen postremis pene in lapidem offensionis et petram scandali incurrisse offendissemus: ejus aetate hujusce precis et familiae, subtus amini[illegible] plus cupidi et ostiatores, cum recognitionem hujus annui pecuniola apud senatum petenda, ab administratore carthusiae scriptam, subscriptamque subsequentis temporis: (Cameram, amplissimi et [illegible] senatus pro ejus et civitatis carthusia 10 flo-
p.269- renos ex redditibus in ratione ponendos solvisse, testatur infrascriptus, de dato 19/9 Maii Anno 1635. A senatu decisa prorogatus, Rudolphus Graeman.)

Per confratrem nostrum, Iacobum Gabell conversum, Domino Georgio Gabler primario hujus ejus camerae senatus praefecto (sic enim petierat dictus Dominus praefectus, ut fraudem, quam, prius administrator in accepta ab eadem pro nobis pecunia, sed minime tradita commiserat, recompensaret.), pudet confessionem: quidam etiam senatorii ordinis nos tacite cujusdam admissi quasi consentes senatui circa jura monasterii perperam arguere et suggillare conati sunt. Quare huic pessimae impostorae exterminandae gratia ab hebdomadi per nos quitantiis et recognitionibus tradendis posthac non solum, prorsus abstinemus, sed insuper autem cum amplissimus senatus 8va Maii per unum officialem Dominum Florianum Mullar novi administratoris instituendi querelam, et petitionem, de patre nostro Leonardo Eberlin mutatio hactenus in carthusia commorante ad nos transferendo significassat, simulque ut quod nobis in hac parte consultum, et decretum, altero mane materiae per Dominum Iacobum Tunemann senatui renuntiaremus: eadem occasione cum deprecatione oneris hujus, impostorae
p.270 hanc autem, mox[illegible] diluendam quae ad eam mandavimus, | qui jam dias paratus

fuerimus

fueramus d. Cn. prostare in scriptis sub hac sequenti formula, nisi ob certas causas adhuc differendam, magis arrisisset.

hab.(P. P. Senatores etc ... His ce dictus per Florianum Müller curialem scribam nobis intimatum fuit, Senatum, in animo habere novum administratorem pro nostra Carthusia instituendo, et quia huic molestum foret, patrem Leonardum necessariis alimentis providere, velle, ut eundem pro cura et sustentatione iterum admos recipiremus. Iam vero satis notum est et demonstratione non indiget, quomodo P. P. Senatus sub protestatione donationis monasterii nostri possessionem sibi vindicaverit et regressum, in id non nisi sub ea tantum conditione, ut litteras supra memoratas reversales subscriberemus, concedere voluerit; et quomodo nos de facere officio nostro prohibiti hucusque paucis a Senatu nobis suministratis alimentis contenti esse debuerimus, et quomodo ad haec omnia confratem nostrum ex monasterio nunc iterum ad nos recipere cogamur. Utinam, P. P. Senatores aequitatis memores per restitutionem nostram
p. 271. tot precibus expetitam etiam ab onere alimentationis sic libi erassent! Quod si non fiat, mutare quidem non possumus, sed periculo futurae purgationis committemus, si alique omni culpa post tot miserias diutius adhuc, prout deus voluerit, pati cogeremur. Et quemadmodum hucusque in hoc gravi negotio nil nisi officium Deo et ordini nostro debitum, quantum humano licuerit modo, intenderimus et nihil quod in damnum nostri ordinis cedere quocunque modo possit, egerimus vel neglexerimus: ita etiam nunc aequo nos obligatos profitemur ad fortiter in coepta hac resolutione persistendum. Et P. P. Domini non in malam partem nobis interpretabuntur, si ex variis circumstantiis consideratis supradictos actus, ad creationem
p. 272 administratoris pro nostra Carthusia et exclusionem patris Leonardi suspectos periculosos judicamus et declarationem, nos omnia pro conservando jure nostro necessaria excipere et reservare nihilque quod vel tacite vel expresse huic contrarium esse possit, concedere vel probare, imagis officialiter rogamus, ut benigne deservatur, ne in posterum similibus actibus in damnum nostrum vergentibus turbemur. P. P. Dominos etc... Datum etc...) hab. o. v. ita in pleno abrégé. —

24a Julii, Senatus Esfordiensis Caesareae Majestatis conditionas pacis acceptavit magno civium plurimorumque gaudio. —

14a Augusti, Pater Philippus Hunckel ad V. en. patrem vicitatorem pro vicaria Domi-
nam

-num, Brunonem, Fleischman, priorem Pontis B^tae Mariae cum mea voluntate abiit, apud eundem, pomas delicti sui et disciplinam, ordinis solitarens, qui illum ad novam
f.273. Domum Waldicensem in Bohemiam, misit, in qua autem postliminio obiit anno 1637, 10 septembris. Eodem die senatus, per Dominum Florianum Muller scribam, jussum competentem administratoris carthusiae per nos revisendum examinandumque presentavit, quem respui, eidem tamen pro instructione melioris totius hactenus acceptae alimentationis summulam, diarium per Dominum Jacobum Funeman 16^a augusti submisit. -

31^a Augusti, sub vesperum, a prefato Domino Jacobo Funeman litis procuratore admonitus de praenobilis Domini Ernesti Ludovici a Marschalck, supremi inspectoris Electoris Saxoniae in comitatu Hennebergensi commissione, de restituendis bonis ecclesiasticis, et quomodo idem Dominus paratus esset commissioni et mandato suo satisfacere, modo foret qui restitutionem peteret. Ego ne officio et muneri meo quoquo modo deficiem, communicato negotio cum clarissimo Domino Johanne Dresano doctore et syndico carthusiae, eundem Dominum commissarium, pro restitutione nostra oretenus per supradictum Dominum Jacobum Funeman interpellavi. Verum cum id inscriptis fieri petisset, 2^a septembris per dictum Dominum Jacobum notarium sequentem libellum supplicem ab ipsum protestemur, qui fuit hujusmodi:

tres. - (Praenobilis Domine etc. ... Dominationem tuam placibus Deo commen-
f.274. - damus nos ad obsequia paratissimi. Locumque jam elapsum ex quo sub protectu habitae familiaris correspondentiae e nostra carthusia discedendum fuit, et frustra adhibitis quorumlibet et sollicitationibus hucusque in domicilio ad monasterium B^tae Mariae de pertinentia nobis commorandum est. Cum vero ex legibus pacis a Celsissimo principe Saxoniae Domino nostro benignissimo praenobili Dominationi vestrae monasteriorum hujus civitatis cum omnibus pertinentiis restitutio demandata ac commissa fuerit, mandato ad hoc a superioribus nostris (quibus solis dependemus) facto, omni sollicitudine appellationem restitutionem nostram concernentem, de praenobilem Dominationem vestram deponimus, humiliter deprecantes ut nobis (cum periculum in mora sit ob defectum debitae sustentationis) terminus et dies pro hac causa benigniss^me assignetur. Facta hac acceptatione nostra
obligat.

obligationis nostræ memores erimus, et D. T. Dei protectioni commendamus etc.
p. 275. Datum 2 sept. 1635. D. T. ad obsequia paratiss.mi. —

Frater Johannes Arnoldi, prior carthusiæ; Fr. Michael Dulcke; fr. Jacobus Gabell conversus. —)

Copia mandati V.en. Patris Brunonis Fleischmanni, visitatoris, de reposcenda domo et ejusdem bonis, juribus ac privilegiis. —

Venerabilis et dilectissime Domine Pater Prior etc ... Insuper cum non dubitem, senatum, Ersordiamen, sese pacis causas ac electoris sæcularisationem etiam accommodaturum, verum erit, omnia bona hoc interregno quovis modo locata aut alienata sibi mox cursus vindicare, et cum non dubitem, interea autem, novas introductas ac bonis vestris impositas difficultates, omnia et gravamina, ea omnia pro viribus suo prorsus abrogare, imo omnem movere operam, ut in pristinam libertatem omnia redigatis, donec ipse cum ad vos veniam et disponam, quod brevi futurum spero: et quia de desertitate vestra nullatenus addubito, deo succurrente. Raptim, Asbachii, 19 augusti, Anno 1635. Vester in Christo confrater ac servus, fr. Bruno. —

7a Septembris, a præmodo Domino Commissario, Dominus Jacobus Tunemann hujus cenobii resolutionem, nobis intimandam, accepit, nimirum: (nobis iterum dicat,
p. 276. si non posse nos restituere, sed hoc a senatu nos postulare debere. —)

9a Septembris, senatus initæ pacis conditiones per omnes suas ditiones parochias publico programmate demuntiari publicarique fecit, quæ deinde 16a ejusdem mensis solemni ritu festis acclamationibus et gratiarum actione triduo per omnes ejusdem senatus parœcias intra et extra urbem celebratæ sunt. Eodem die omnes regii reliqui milites huc, licet exigue admodum, circa 6am vespertinam civitatem excessere.

21 Septembris, Mane intra 7 et 8 horas admodum, Dominus M. Urbanus Heun, canonicus et vicarius S.tæ Mariæ Virginis Rev.mi Archiepiscopi Moguntini sigillifer, mihi convenit significando, quod proxima sequenti feria 3a restituendi essemus, prius tamen prænobilem Dominum, judicem commissarium, per nos ea de causa allegandum. Ea propter Dominum, Jacobum Tunemann notarium, publicum, (quia lecto infirmus decubui, et ipsemet cuidam adire negavi), cum patre Michaele amandavi ad eum audiendum, 24a Septembris, hora quasi 5a vespertina, ad quos admissos ita verba fecit:
(Cum die exoptata pace inter Romanam, Cæsaream, Majestatem, S.tæ enigmis inscium Dominum

p.277. - num nostrum et celsissimum Saxoniae principem electorem, jam compositâ decretum sit, ut quod a sua regiâ Suedorum, Majestate uni alteriae statui subtractum fuerit, nunc iterum restituatur, ac tradatur; cumque ipsi utpote principis electoris Saxoniae consiliario legum patrii exercitio demandata sit: se in animo habere crastino die horâ 10a duo monasteria hujus civitatis personis religiosis iterum tradere, adeoque etiam R.P. priorem in carthusiam redire litterasque reversales reddere; quae omnia simul cum salutatione Patri Priori annuntiantur, ut paratus sit ad acceptationem faciendam. Facta autem per clarium et reversalium traditionem restitutione monasteriorum de eâdem, quam primum se D.D. Senatum certiorem facturum. —

Ad haec D. Jacobus Tuneman replicando respondit: Percepisse nos, ad quem finem huc vocati fuerimus. PP. Carthusiani e suo monasterio expulsi desiderio

p.278. magnae pacis foedus praestolati eo majori cum gaudio pacis mentionem accipiunt simul-que obligatos se sentiunt ad maximas Deo omnipotenti et Christianis potentatibus pro pace factâ gratias agendas. R.P. Priorem ad restitutionis acceptationem paratum fore; tamen ante omnia opus esse, ut monasterii sigillum et urbarium una actui simul tradantur, porro ut detentor, qui fructus pendentes in carthusia horto sibi vindicat, removeatur atque ut ab omni direpta invasione abstineat, hâc adhuc ordinatio desit. Hic incidenter patet Michael mentionem facit ablatae bibliothecae: Ad quae Dominus Marschalk nullam declarationem dare voluit, sed hoc petitum pro accessorio habens dixit, hac de re facta restitutione agendum.) His gratiis actis, discesserunt. —

25a Septembris, Restitutus est clarus, et pergula in ecclesia Ste Severi pro concionibus excipiendis prioribus proximis annis aedificatae, iterum a senatu amotae

p.279. sunt, et proconsuli verbi ea de causa mandatum.

26a Septembris, Idem sogr dictus Dominus Jacobus Tuneman a me missus ad proconsulem, Dominum commissarium, ab eo directus est ad senatum, nominatim ad Dominum M. Jacobum Beringer, qui nullam se habere commissionem aut mandatum a senatu nos restituendi dixit, alias omni hora se paratissimum.

27a Septembris, venit prima vice proconsulis Dominus Johannes Christophorus ab Harstall, Reverendissimi Moguntini Vice-Dominus et commissarius ad senatum.

30a Septembris, Senatus restitutionem in crastinum fiendam nis incusavit (per dictum

Achtel-

Achtknecht), ideo altero die circa horam 9am matutinam, in carthusia nos paratos sisteremus, in qua eodem tempore senatus commissarii essent conventuri. –

Prima itaque octobris Anno 1635, amissorio conversionis mee et ingressus ad carthusiam, quandoquidem hactenus lethali morbo eo que diuturno correptus et a medicis desperatus, lecto affixus restitutioni personaliter adesse non potueram, patrem Michaelem Dulcke, compro fessum, et sacristam, loco mei cum Domino M. Laurentio Geusner, procuratore et notario publico, Domino Andrea Roder de Gotzmanshausen studioso, et Domino Adamo Arand cive Erfurtensi, tanquam testibus ad hunc actum specialiter vocatis et rogatis, una cum sequenti in scriptis consignata

p. 280. acceptatione et reservatione) ad carthusiam iam9 hora prescripta missi; quo autem a parte senatus hora undecima convenerunt quidem Domini commissarii, Dominus M. Jacobus Beringer, Dominus Johannes Dossert secretarius, Dominus Augustus Heidenreich. – Facta ergo resignatione et restitutione carthusiae, traditione clavium et sigillorum etc. . . a senatu, infra scriptam, reservationis et acceptationis schedulam, senatui pater Michael Dulcken eidem legendam tradidit, et aggratulatione utrinque facta abierunt remanentibus nostris. –

trad. (Cum ex mandato dignissimi ac sapientissimi senatus presentibus Dominis delegatis restitutio facienda huius carthusiae commissa sit, comparat in nomine R. P. Johannis Arnoldi, huius domus legitimi prioris (qui aegritudine correptus nunc presens adesse prohibetur), Pater Michael Dulcke eo fine et ea intentione, ut hoc monasterium cum omnibus ad id pertinentibus infra et extra urbem, cum ecclesia,

p. 281 juribus et competentiis, privilegiis, legitimis protestationibus, registris, libris, documentis, sigillo, clavibus omnibusque mobilibus et in summa cum omnibus iis, quae monasterium anno 1631 tempore occupationis suedicae jure possidebat, nullo remisso vel excluso, accipiat et apprehendat persuasus, d. s. senatum ex sua parte nihil quod prescriptum est, in hac restitutione faciendâ, pro termissurum. In casu vero contrario et insperato praedictus P. Prior nomine sui ordinis omnes legitimas contestationes adhibere usque ad plenam traditionem et satisfactionem obtinendam, simulque omnia reservanda sibi expresse reservat et nulli ordinis juri vel minimo praejudicari permittet. Sign. 1a octobris Anno 1635. –) traduction. –

Eodem die immediate post receptum monasterium, ad Dominum notarium ex capite

capite porci domo ecclesiastica sequens scriptum redi: (Multum honorabilis ac docta Domine Notarie. Cum in presenti restitutionis negotio summopere necessa-
f.282.- rium sit, ut omnia et singula hoc negotium concernentia, tum etiam presens sta-tus domus usque nunc existentia mobilia diligentissime adnotentur et conscri-bantur: ad hoc Dominum, notarium rationum sui officii requisitum, rolo, instanter rogans, ut specialiter scripto consignet, me ob ordinis nostri curam tuendam scriptam acceptationi ac reservationi hodie senatus delegati traditam semper inhesisse, iterum iterumque eam replicasse, neminimum, vel consensisse vel cessisse, presertim vero me facta a senatu institutioni administratoris contradixisse. Quod si contrarium quid vel factum, vel dictum, vel interpretatum fuerit, contra hoc omni diligentia solemniter protestor. Signatum, Ex ordine 1a octobris Anno 1635. Frater Johannes Arnoldi, Prior. —) - trad. -

Capta itaque possessione, idem notarius presente patre Michaele et testibus
f.283. supradictis omnium mobilium, | quae reperta fuerant in hac domo et manus diripien-tium evaserant, describit inventarium, quod etiamnum extat. Et quia prae nimia imbecillitate ad carthusiam, pedes ire non valebam, eodem die circa 8um vesperti-nam, rheda me eodem transferri curavi. Benedictus Deus, qui non confundit spera-tes in se, sed in nobis dimplevit misericordiam suam, confitemini illi quoniam bonus, quoniam in saeculum, misericordia ejus. Dicant nunc qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici, et de regionibus congregavit eos, quo-niam in saeculum, quoniam in aeternum, misericordia ejus. - Hucusque diarium Venerabilis Patris Johannis Arnoldi. -

Anno 1635, 6a octobris, in die St. Patris nostri Brunonis, hic idem, videlicet Prior Johan-nes Arnoldi sacrum solemniter cum vesperis insigni quoque vocali quoque instrumentali musica in gratiarum actionem, liberationis ac captivitate et exilio et restitutionis nostrae ad carthusiam, cum cantico Te Deum laudamus in fine decantari curavit, praes-entibus insignioribus amicis et benefactoribus nostris. Summum sacrum celebrat Rus Dominus M. Martinus Lotzius, parochus ad S. Laurentium, diaconum agit Rus Dominus Johannes Schoderus, canonicus Bae Mariae Virg is parochus ad Stam Crucem, subdia-conum Rus Dominus Cyriacus, parochus in Melchendorff et canonicus Bae Mariae
f.284. ad hoc specialiter delecti, utpote qui actibus coeteroquin in | subscriptione Reversalium

senatus

senatus reginam, consanguineam magis que cum populo Dei ad tempus maluerunt affligi, quam temporalis lucri sectari commoda.

8a octobris, Idem Pater Prior cum nonnihil convaluisset, apprehensurus quoque ceterorum bonorum domus possessionem; adscitis in illum finem et specialiter rogatis comitibus, Domino Jacobo Furneman notario publico, Caspare Melchiore Haas, scribe domus, et Degenhardo cive Erfordiensi, tanquam testibus, profectus est in Richeim pro curia ibidem et lignato: inde in Kircheim ad curiam liberam; post, 12a octobris, iterum abiit cum praedictis in Brembach minorem, inde reversus, 23a ejusdem, perrexit eodem Domino notario et Valentino Koch, cive Erfordiensi, comitibus, eadem de causa in Lomam, et praedium illud cum ceteris bonis a donatorio regio Domino Francisco Fulconsangt, ducis Vindocinensis secretario, qui illud anno 1632 cum omnibus fructibus a corona hucusque dono accepserat, recepit, et una bona ac rediit in Salza, procul haec omnia fusius et prolixius ab ipso Domino notario consignata sunt in singulari libello super hoc confecto.

Anno 1636, 3a Februarii, obiit pater Leonardus Elert, Erfordiensis, professus et sacerdos hujus domus, verumtamen annis 28 manto egressus, sepultus in coemeterio propemurum coemeterium terminantem contra orientem.

8a Februarii, Horreum nostrum in Lomna vi ventorum corruit.

f. 285. 11a Martii, Angelissimus senatus restituit duo plaustra librorum; 17a ejusdem, tertium; 18a similiter ejusdem mensis quartum, et deinde 21a quintum plaustrum.

11a Aprilis, Dominis Duumviris more solito lustrantibus civitatem per vicos, intra 11 et 12 eorundem famuli ad ostium monasterii convenere, requisiti autem a scriba de causa sui adventus, responderunt se ex vetusti jurisdictionem diversendi ad praedium Dominos suos expectantes convenisse. Domini Duumviri autem in mandatis habebant (quod postea recognovimus), in horto vicino subsistentes, ut non nisi invitati per nos intrarent. Contigit autem fortuito, ut dum haec agerentur, honorabilis Domini Johannis Christophori ab Hartstall, vicedomini Revmi Archiepiscopi Moguntini domesticus famulus, honestus vir Matthias, organista ad S. Laurentium ac civis Erfordiensis ad Carthusianos peteret, interrogatus autem a supradictis famulis quid negotii haberet in monasterio, respondit se habere commissionem ad patres Carthusienses, quare territi, verentes ne porta inhibitionem admissionis et

mandi

prandii portaret, protinus sese inde subduxere, nec ultra comparuere. -

11a Julii, hactenus controversia inter senatum, administratorem domus carthusiae et ipsam carthusiam, hoc est, inter nos recentes restitutos propter sumptus militares, retardata, et census currentes in villa Kirchheimb, post-
p.286 multas concertationes tandem, taliter | dirempta et compositata per senatus commissarios, syndicos singulariter illius fuit: Videlicet ut in recompensam sumptuum militarium 600 flor. et ultra, usque ad praesentem concordationem census omnes de annis 1635 et 1636 a festo Stis Michaelis inclusive solvendi (exceptis 80 Mld. fumanti, 20 Mld ex enot et 4 hordei monasterio designatis) villico 40 Mld. cederent: retardata autem villicus solveret administratori.

Hactenus autem Pater Prior ob damnum incomparabile illatum, documentis originalibus et tricennali possessione in terram, mirum in modum afflictus, cum ea ab omnimodo interitu, priusquam tabe, quae superessent, prorsus absumerentur vindicata voluisset, diu noctuque indefesso studio et pertinaci conatu, haud tamen mediocri visus despendio, cum primum, primum, per se huiusmodi documenta originalia cum eorundem copiis accurate invicem contulisset, et in omnibus concordantia reperisset, eadem deinde per notarium publicum Dominum Johannem Walterum, civem Erfordiensem, denuo de verbo ad verbum diligenter collata, et per Reverend. nostri Domini Anselmi Wambolts, Archiepiscopi Moguntini consiliarios et officiales ad hoc specialiter a clarissimo Domino Praetore designatos commissarios, clarissimum scilicet Dominum Georgium Glebe, J.V.D. ejusdem Reverendissimi consiliarium et judicii assessorem; Dominum Jacobum Tuchman notarium publicum et procuratorem ejusdem judi-
p.287 cii; Dominum Adamum | Brandt officialem et Martinum Schedern etc. nihilominus 26 Sept. Anno 1636, tertio demum revisa et examinata, et ut dictum est, originalia copiis omnino et copias originalibus conformes et verbotenus correspondentes inventas, auctoritate ejusdem Reverendissimi Archiepiscopi et Electoris Imperii, nobilis et clarissimi viri Domini Johannis Dresani, J.V.D. consiliarii primarii, tunc temporis hic Erfordiae Praetoris, judicialiter in pleno consessu judicii, sigillo consueto ejusdem et propria manus subscriptione officialium consignari, confirmari et roborari fecit. -

4a oct.

4a Octobris, Dei nos peccatis nostris justissime Divino numine irato propter impœnitentiam in Saxonia prope civitatem Wittstock cæsareano et electorali exercitu a Suecorum duce Colo fugatoque gravissima pestilitatis, tormentorum et commeatus jactura, generalis dux exercitus regis Suecice, nobilis Dominus Johannes Bauer victorian prosecutus, Erfordiam, obsidione 23a Decembris circumdedit, pranisque intra jactis diebus oppugnando eandem mediante accordo (quo autem clerus universus et electoralis cis Moguntini officiales ac subditi comprehendebantur), cum plenaria resignatione in eorum protestate

p.288. arcis Ste Cyriace, / ac deditionem disponit ipsis calendis januarii, stylo novo, Anno 1637.

Durante autem hac obsidione, cives, subditi, ruricolæ et alii conductitii auxiliares milites, ob sævissimum tunc frigus, quo affligebantur agendo vigilias, domum pistrinæ cum alia majore ad orientalem, sita plaga, (an dem hanenbach), (quo tempore minutionum Patres ex spatiamento divertere solebant), in molendina, item parietem ligneum, cum ostio in horto vivarii sive hortulani, et in ipso monasterio posteriorem domum contra vallum, contiguam, stabulo equorum, nequicquam obstantibus nostris precibus et magistratus inhibitionibus subvertebant et igni combussebant.

Post hæc 1a Februarii, reliqua pars domus suprædictæ in molendina, quæ hactenus remansit erat, prævalente virentorum, circa 6am vespertinam, quoque solo tenus corruit, cujus ligna et cætera collapsa ligna penaria equorum (quam jam militum spoliis et voluntati libere et impune cedentia) cum nec transferre nec conductitios currus ad subvectionem habere potuissemus, ob insidias Suecorum aquis indigentiam pro subvectione tormentorum, implorato amplissimo senatu pro custodia

p.289. militari, idem, pastinus provectus in nostram voluntatem, / pratum prostitum, fidem custodiam militum, altero mane, quo nemo alius prodire audebat equestris, propria vectura et auxiliantibus hominibus a suis sumptibus omnia ad monasterium deferri curavit, insigne hactenus illatorum, perpetuum damnorum, detestantis animi et affectus symbolum et testimonium. —

11a Februarii, Motu Cæsareanorum, Dominus gubernator regius Suecorum, Christophorus Henricus a Golz Erfordia ecclesiam, in Dagoberstatt pago electoris Mogunting, civitati proximo, hactenus ex ædificiis ejusdem pagi superstitem, nequaquam modo subsidio foret Cæsareanis in perniciem, devastavit, funditus eversis per nos

suos curavit.

Laudem cum venerabilis hic pater tam ob veniam, quam propter immensas bellorum tempore exantlatas miserias curasque vere insomnes desiderat, ita ut dimidio omni spatio lecto affixus, vix amplius jacere, sedere autem magna cum difficultate posset, stare vel deambulare impotens, quoscunque nihilominus dolores magna cum patientia animique resignatione tolerabat. At ubi mortem proximam adesse sensit, ultimum vale Domini P. Brunoni Fleischman, visitatori provinciae scripsit in hoc verba: Omni momento mortis ultimum conflictum et divinum judicium prostolans, quod | lingua manuque neque mea propria, alienâ ultimam in terris salutem, et vale excepto. Ego venerandam Paternitatem vestram, et quoscunque alios unquam, a me quovis modo laesos seu offensos humillime pro venia imploro. Ignosci omnibus ex corde, iterum in Domino venian, repetoque benedictionem, utque cursum meum in eodem beate consumam, vestris precibus et sacrificiis adjuvate. - Post haec debitis Ecclesiae sacramentis ritemunitus, 9a Aprilis Creatori spiritum, corpori reddidit nexibus absolutum, Anno gratiae 1638. - Hic venerabilis Pater vere, quod advixit, afflictorum consolator, pauperum pater, omnibus affabilis fuit; cujus reprehensiones sale lenitatis conspersae conditae, conversatio modesta non verbosa, mores humanitate cum humilitate permixti, omnibus amabiles fuerunt. Ipse etiam Chronicon hoc pro majori parte ex veteribus manuscriptis contexuit, et huicusque perduxit. -

Sed ecce, vix bonus Pater animam efflarat, rumorque mortis illius ad urbem pervenerat, confestim adsunt Domini executores Moguntini, quippe Patrem Michaelem Dulcken summe tristem, ac perturbatum, solumque cum precario domi existentem, verbis pacificis salutant in solo, simulantes verbum secretum se habere
f. 291. ad Dominum Jacobum Tunemann | notarium publicum, ab ipsis ad carthusiam paulo ante promissum. Introducti ad aulam, novae fabricae mox aliam sui causam aperiunt: ubi quae inter illos et patrem Michaelem acta fuere, ligavent ex relatione sequenti notarii manu publica roborata.

Relatio (eorum, quae cum Reverendissimo Domino) Domino Urbano Hem, decano Bti Petri Mariae, Eminentissimi Electoris Moguntini vigilifero etc. Domino Nicolao Ebert, decano Bti Severi Erfordiae, et patre Michaele Dulcken, carthusiae ibi salvatoris

salvatoris ibidem professo, coram Domino Jacobo Tuneman, notario publico: (In domo nova Carthusiae convenerunt 9a Aprilis anno 1638, elapsa hora 18a, postquam Ven. Pater Johannes Arnoldi, prior ejusdem domus in Domino horâ 11a obdormierat.

Dominus Decanus Btae Mariae Virginis: Venerabilis Domine! Patre Priore piè in Dño defuncto, officio nostro obsequentes et jurisdictionem Celsissimo Domino nostro Electori Moguntino vindicantes, volumus, ut praesens hic Dominus Jacobus Tuneman, notarius publicus, omnium quae in claustro custodiunt inventarium conficiat ad informationem Celsissimâ Principi Electori cujus fuerit faciendam. - p. 292.

Pater Michael: Reverendissimi... Domini! quod venerabilem Patrem Priorem Deus de hoc mundo ad se vocavit, summo mihi dolori est; At vero hoc relinquendum, quod vero jurisdictionem Celsissimi Principis Electoris Moguntini attinet, vi cujus protectae jurisdictionis Dominae inventarium per notarium publicum fieri postulant, ego de tali jurisdictioni nihil scio, neque ullam in hac parte jurisdictionem Dominis concedo: sed meis superioribus et ordini meo non vero Dominis officialibus rationem reddere teneor.

Dominus Decanus Btae Mariae Virginis: Vos jurisdictionem, quam Celsissimus Elector in aliis monasteriis habet, non debilitabitis! -

Pater Michael: Non intendo jurisdictionem Celsissimi Electoris, quam in aliis monasteriis habet, debilitare; ego agnosco Celsissimum Dominum pro protectore domus, non vero pro superiore monasterii vel Ordinis. Imo, Domine Jacobe notarie, protestor p. 293. contra ea, quae Domini a me postulant, nullamque superioritatem agnosco nisi Ordinem meum, neque vel minimam cedere vel ordini quid derogare volo. -

Dominus Decanus Btae Mariae: Non ita hoc intelligendum, sed vos unica tantum persona estis et nullum conficitis conventum, vitâ etiam discedere potestis; omnia haec ad bonum monasterii fiunt. -

Pater Michael: Pro casu mortis meae jam ordinabo, me Ordini meo aliquod projudicium creetur, nullamque Dominis officialibus in hâc parte jurisdictionem attribuo; licet una sim persona et nullum constituam conventum, tamen mihi et non alii hoc monasterium concreditum est. -

Dominus Decanus Btae Mariae: Salvo jure vestro, nolumus juribus et privilegiis vestris quid derogare, sed haec fiunt, ne senatus vel praefectus sibi monasterium arrogent. Dominus

Dominus Decanus Ste Severi: Volui ssemus forte etiam Patri congratulari et Priori.

Pater Michael: Contra vim nihil possum: non sum Prior, cui gratulentur, neque
p.294. mea a Dominis prioren declarari permitto, sint absque curâ, a superioribus meis
jam est prior constitutus, cui professus obedientiam et ingressum dare promisit.

Dominus Decanus Btae Mariae: Vos per hoc celsissimo Electori contemptionem offertis, scriptis hoc consignabimus; vos Dominis officialibus obedientiam praestare debetis, atque, si accusati fueritis, coram ipsis vos praesentare et debitas poenas subire.

Pater Michael: Nullo modo in respectum celsissimi principis hac locutus sum, et citatis comparuimus, licet non semper, et non ex subjectione sed ad honorem celsissimi Electori praestandum. Proponam Dominis nostra privilegia; non Dominis officialibus sed ordini meo competit me punire.

Dominus Decanus Btae Mariae: Omnes priores et visitatores honorarunt officiales et occasione visitationis invitarunt; ego ipse in hac aula simul cum patre visitatore in actu visitationis consedi. -

Pater Michael: optime novi, Dominum sigillifernm simul cum patre visitatore
p.295. assedisse, ast non invitatum est officialem ad visitationem; sed vere, Pater Prior post memoratae, peractâ visitatione, consentiente vero patre visitatore, invitavit nonnullos Dominos: adeoque etiam vestram Dominationem, utpote per benignum amicum et officialem, invitavit ad prandium, sed non ad visitationem. Ego vero iterum contra protestor, afferant etiam atramentum, pennam et chartam, et Dominus Jacobus Tuneman, qui nostris publicus nunc acta et dicta scripto consignavit, testis.

Ad instantiam Reverendissimi patris, Domini Michaelis Dielcken, relationem ejus actus, cui praesens interfui, in fidei testimonium subscripsi. - Jacobus Tuneman notarius.

Hisce absentibus, nec intentam sum consecutus, vereor fuerint patres Priores in vis ei, quem praeter spem examinem inveherant, Reverendissimi Patres Johannes Dieffendorf collegii societatis Jesu Rector, Pater Bombsbergen ejusdem collegii minister, Pater
p.296. Hugolinus, ordinis Ste Francisci, et Dominus Stephanus Andreae, civis ac mercator hujus urbis: quos omnes Pater Michael coram praefato notario (qui singula quae - que confirmabat), in testes implorans, iis omnimodam supra gestorum seriem enarravit. -

10 Aprilis. Post missae sacrificium, ritu ordinis corpus patris Prioris in parvo claustro, juxta

— 1638 —

juxta altare Stæ Solicitatis terræ mandatum, fuit. —

46us D. Vitus Herbst. —

Hic Ven.lis Pater Domus hujus professus ab anno 1631, 8 Sept. ac olim procurator, ex priore domus Novæ cellæ in Grunau, prior hujus loci ordinatus per venerandum patrem Brunonem, visitatorem, auctoritate capituli generalis, obtenta a nobili Domino christophoro Henrico Goltzio, huiusce hæ in urbe gubernatore, ad vanden, se transferendi licentia, ibidem munus suum inchoavit 10a Augusti. (10a Augusti).

Vir fuit præclaris naturæ dotibus ornatus, eximia pollens gratia conversandi cum hominibus, unde principibus, nobilibus ac diversorum statuum, magnatibus mire gratus et amabilis fuit. Qui cum urbem Ebordicensem, ab orthodoxæ fidei adversariis occupatam, carthusiam, quoque in eo situm, defensioni urbis incommodum, devastationi) proximam advertisset, quo illam a ruina protegeret, istorum benevolentiam captare summo studio sibi curæ fuit. Accommodavit se itaque tempori ac hominibus non tamen absque scandalo multorum: imprimis amicos sibi fecit Suecicos belli duces, quos deo habuit addictos, ut quod cumque peteret facillime obtineret: hinc factum, quod ab iisdem fere indies visitaretur, ut domum hanc suo tempore potius hospitium, quam monasterium dixisses.

p. 297. Septima die post priores adventum, id est 17a Augusti, Gubernator regius Dominus Goltz stipatus comitatu utriusque sexus venit ad monasterium eundem invisurus: atque ab illo die et deinceps, quamdiu hic prior professus, foras mulieribus patuere, quæ tamen si pro domo Dei zelatum fuisset, honeste et absque ulla offensa facilitas excludi potuissent.

Anno 1639, cum prior mediis vitæ alendæ necessariis destitueretur, obtenta licentia a venerando patre Domino Brunone visitatore, insignem vineam, extra urbem, an der Bloffenburgh, vendidit Domino christophoro Ariano pretio 69 florenorum; quibus nummis brevi consumptis tempore, domum, quoque ad quas mercatorum (quam hæc carthusia possederat in urbe, quatuor muris lapideis ab

p. 298. imo ad summum usque inclusam, adversus ignium, pericula probe munitam, ubi olim, vina nostra promebantur, et provisio in pugibus ac vino asservabantur) Domino Guiacio mercatori pretio 4000 florenorum, divendidit, cum duplo plus valuisset. Ea venditione graviter offendit Dominum, sigilliferum, cæteros, que Dominos

Executores

executores ecclesiasticos, quod sine eorundem requisitione illam inisset; imo ipse Archiepiscopus Moguntinus ab istis admonitus ubi rescivit, hanc iniquetulit ea lege nec contrariam, quia vetus erat, ne ulla clericorum hujus urbis bona, quocumque etiam titulo alienarentur, absque processu et assensu eorum officialium. Unde autem isti venditionem amullare nitebantur, ideo priorem per curiales et mandatos apud tribunal suum evocantes, sed illepriviligiis Ordinis firmiter innixus, quibus similes venditiones sola superiorum ordinis facultate distrahendi obtenta concederuntur, horum mandatis parere, aut eorum judicio se sistere detrectabat. Eaque illi adhuc gravius succensi, suppliciter apud emptorem venditionem, ipsum priorem, apud ordinarium, accusarunt crimina pessimo
p.299. ceu prevaricatorem, hoc legis et jurisdictionis, dilapidatorem quae patrimonii christi, ut qui pretium haud in evidentius commodum, sed in commessationes et ebrietates expendisset. Ipse Archiepiscopus Moguntinus, ubi a suis male informatus, iisplus aequo fidem tribuisset, graviter priori succensuit, illius depositionem visitatori praecepit in haec verba:

(Anselmus Casimirus, Dei gratia Archiepiscopus Moguntinus et Princeps Elector. Religiose, dilecte, devote! Ex adjectis documentorum copiis sub no 1 intelliges, quae et quam iniquae querelae a nostris officialibus nostrae civitatis Erfordiensis contra ordinis tui priorem, vicum Herbstadensem sint, nimirum: cum pro suo libito, absque nostro benignissimo consensu et permissu ejusdem fratris, nostrae domus Dei sibi commissa bona praedicta et domos indigno pretio vendere et pecunias
p.300. exinde acceptas non in bonum monasterii convertere sed pro omnis furfuris hominibus infra et extra monasterium, contra sui ordinis regulam modo scandaloso consummare et dissipare; cumque, ut ex no 2 patet, appellare ad mandatum a te acceptum, seseque eximere velle penitus a jurisdictione nostri ordinariatus; quemadmodum intelliges ex adjectis No 3 et 4 quando non obstante nostro mandato ad officiales nostros ecclesiasticos dato, eos eorumque benignas admonitiones nullo modo audire, nec citatus comparere voluerit. Quamvis vero sufficientes causae adsint, ut inflictis poenis ipsi remonstremus, quousque ordinariatus noster se extendat, et quamvis jus habeamus contra eum procedendi ob scandalosum ejus modum vivendi et agendi: tamen quia civitas ista adhuc in manibus inimicorum

imminorem, sit et alia inconvenientia exinde provenire possint, domus quæ Dei ab
f.301. imminente exitio et ruina, quantum fieri potest, conservari debeat, te ut visit-
atorem rogamus, et de Donatis mediis sollicitus sis ad tempestive tanti malo occa-
rendum, utque dictus prior Vitus Herbst exactoratus et in ejus locum, aliud magis do-
neum, subjectum, constituatur, ut defectus, qui irrepserunt, corrigantur, et monasterio
omnia bona subtracta et domus venditæ restituantur; nam omnibus hisce vendi-
tionibus a nostris officialibus coram emptore in debita forma contradictum
fuit, ut patet ex ejectis sub nº 5, quibus documentis futurus prior bene
utatur. Cæterum, tibi in gratiâ addicti manemus. Datum in arce Stæ Martini
in urbe nostra Moguntina 6ª Martii Anno 1640.) Anselmus Casimirus Archie-
piscopus Moguntinus.

f.302. (Religioso, dilecto, devoto fratri Brunoni Priori carthusiæ in Ostein, in Fran-
conia. Relatam, sub nº 1 perii. Sub nº 2 Ego infrascriptus contestor, me eundum
privilegia Ordinis jus et protestatam, habere monasterii domicilium, ad Kranichen
vendendi absque speciali permissu et consensu Reverendissimi Archiepiscopi et
Principis Electoris Moguntini; quod fiat absque ullo præjudicio celsissimi Principis
Electoris. Actum 8ª augusti Anno 1639. Frater Vitus Herbst, Prior. —

Idem pater Prior Visitatoris sui Patris Brunonis Fleischmann consensum tabellis
emptionis hisce verbis inseri curavit. —)

Rmus Dominus Generalis plenariam mihi licentiam dedit, ut ejus pro mea prudentia
subvenire necessitatibus, deo si pecunias ex ædibus quæ nibus accipiendas
in meliorem domus utilitatem convertere velitis ut scribitis, tabellionis illarum ven-
ditionem annue. —

Sub nº 3. — (Cum Reverentia vestra in particulari declarare velit, si a non abnuere
coram Electoris Moguntini judicio ecclesiastico comparere et Principem Electorem,
f.303. ut loci ordinarium, agnoscere: Huic vocatur, ut feria 5ª post Trium Regum in est
19ª januarii Moguntii personaliter in ordinaria audientiæ aulâ comparat,
quod ad mandatum Principis Electoris benigne inducimus. Si vero Reverentia
vestra, quod non speramus, iterum inobediens non comparuerit, nobis non poterit
vitio verti, si de inobedientia hac ad Electoris celsitudinem cum omni subjectione
Sign. 18 januarii anno 1640. — Electoris Moguntini significavit et executores judi-
cii vocat.

-cii ecclesiastici Erfordiae Venerabili D. Patri Vito Herbst, priori Coarthensi Erfordiae.

Sub nº 4º Multum, Reverende Domine sigillifer! — Ad dignitatis vestrae nomine meo et aliorum, Dominorum Executorum, citationem, mihi submissam, pro-
-voco ante omnia ad litteram, meae declarationis a dignitate vestra commemo-
p.304- -ratae, cui denuo protestando insisto asserens, mihi semper non minus quam praedecessoribus meis cordi fuisse Reverendissimi ac Clementissimi Principis Electoris Eminentiae profundissimam reverentiam exhibere, in quâ exhibendâ Deo juvante semper persistere volo. Neque vero dignitati vestrae, cujus officium quidem, pro merito veneror, vel minima cedere possum, et nonnisi ad honorem Principis Electoris Celsitudini protestandum comparo, optime sciens, Principem Electoris, quae sua est intelligentia a Deo alte illustrata, nullo modo privilegiis ordinis nostri, quem haec omnia principaliter concernunt, vel minimum quid derogare velle. Et quia dignitas vestra iterum provocata ad mandatum a Celsis-
p.305- -simo Principe Electore contra me procul dubio ex narratis rumoribus datum, vi cujus mihi quaedam innuenda essent, vehementer rogo ut mihi in eo contenta saltem breviter communicentur, quo facto ego pro officio meo ita me geram, ut et Celsitudo Principis Electoris meam humillimam devotionem, et superiores ordinis mei diligentiam meam in tuendis ordinis privilegiis clare agnoscant. Ceterum nullo modo me rem agnosco illius inobedientiae vel renitentiae, de quâ me dignitas vestra accusat; quod si vero propter talem accusationem, mihi apud Celsissimum Principem detrahere auderet, non poterit mihi vitio vertere, si sub auxi-
-lio ordinis juxta illud «Audiatur et altera pars» meam defensionem coactus
p.306- -suscipiam et agam. Haec scripta rogo ut fidelitati actis inseranter et humil-
-lima relationi de hoc negotio ad Celsissimum Principem Electorem fortasse-
-de adjungantur. Deo adjutoris commendans etc. Sign. 19 januarii 1640.

Item sub nº 4. — Reverendissime, Doctissime etc... DD. Executores! Citationem a vestra dignitate iterum ad me missam accepi. Valde desiderandum est, ut Dominus sigillifer verba et scripta alicujus ita interpretetur sicuti dicta vel scripta sunt. Ego non in genere sed cum distinctione declarari et denuo declaro me, quomodo scripto mihi communicetur, quid citatio in se contineat, atque mihi in eâ nihil privilegiis ordinis mei repugnans appareat, qualibet horâ paratum

paratum esse ad me presentandum; nam in iis rebus, ad quas Serenissimi Principis Electoris jurisdictio super nos se extendat, ad obediendum tam paratum, quam obligatum me profiteor. Quod si vero Dominus sigillifer Serenissimi Principis Electoris mandatum vel jus copiam communicare nolit, sicut petii, suspicandum est aliquid Ordinis mei juribus contrarium sit, cui consentire a me abest; et ipse Dominus sigillifer bene sciat, quod nullus religiosus exemptus sine licentia Summi Pontificis exemptioni renuntiare potest, quod etiam in nostris Statutis et ordinationibus sub poena excommunicationis prohibitum est. Quapropter Dominus sigillifer poterit in hoc puncto Serenissimo Principi Electori referre, quae voluerit. Debitum responsum non emanebit, nam in hac re Domino sigillifero negotium est non mecum sed cum toto Ordine meo etc. . .

Sub nº 5. — Praesentes hic ecclesiastici judices et executores Principis Electoris certiores vos faciunt, Dominum Vitum Herbst priorem carthusiae, quocum emptionis contractum seis-tis de domo ad Kranichen in urbe nova sita, non habere potestatem absque consensu speciali Serenissimi Principis Electoris Moguntini Domini nostri clementissimi ut loci Ordinarii hanc domum alienandi: ad eoque pro officio nostro vobis intimamus, hanc venditionem nullam esse, sicut etiam huic attentatae alienationi in optima forma contradicimus: Serenissimo Principi Electori almoque Archicollegio competentiam jurisdictionem in omnibus et singulis pro nunc et pro futuro expresse reservando. In hunc finem adversam instructionem, praesentem protestationem et contradictionem per judicialem cursorem nostrum vobis submittere voluimus. Sign. in judicio ecclesiastico aulae Archiepiscopi Moguntini. 18 januarii Anno 1640. Domino Cuiacio, Principis Electoris Moguntini sigillifer, judices et executores hujusmodi.). —

Hisce acceptis Visitator exterritus, qui optime semper de Priore senserat, ut tamen Archi-Episcopo moremgeraret, prudenter nihilominus metuens, ne, uti olim, incauta sua scriptione domum periculo exponeret, variis ambagibus priori persuadere studuit separationem a consortio fratrum; sed eandem tragoediam, quam nuper, iterum fere maximo domus damno auspicatus fuisset. Cum enim gubernator literas visitatoris intercepitas legisset, sinistram quid subesse ratus, parum abfuit, quin integram legionem militum nobis imposuisset, nisi Prior sua diserta probitate et dignitate omnem suspicionem, notam amoviss et originem causae referendo: quae cognita et ejusdem pariter innocentia perspecta, ipsi posthac amicissimi esse sit. Nihilominus prior

hisce

hisca minime contentus, annis postea 1643 Electorem accedens, illi de omnibus
p.309. exactam rationem dedit, quo factum, ut Eminentissimus Elector omnem remorando aversionem, non solum in gratiam ipsius recuperit, sed etiam hominis dexteritate cognoscens, illius opera in commissionibus inde usus fuerit. Unde Dominus Sigilliser seminator primarius hujus discordiæ, ubi prioris respectum apud Electorem cognovit, et ipse postliminio palinodiam recantans, eundem Domino Michaeli Bender, Priori in Luckelhausen et visitatori eximie recommendavit, tum singulari quoque rescripto cum illo in gratiam redit. —

Anno 1640, 15ª Januarii, Ludovicus 16ᵘˢ Rex Francorum domos ordinis quascunque locorum in Germania existentes, ad humiles preces Ven. Patris Gerhardi Villarii, professi et procuratoris domus Rutilanæ in Lotharingia, in suam protectionem suscepit, mandavitque militiæ tam sibi subjecta, quam fœdere conjuncta, ne quovis modo illas turbarent.

Hoc ipso anno, cum hac in urbe sæviret unico quatuor exercituum, Suecicorum, et equitis aulæ Moguntinæ Archimagiri ac monialium nostri quasi armata manu requirerentur, Prior sua interpositione effecit, ne abducerentur: ubi et medietatem omnium frugum dictarum monialium, militum sustentationi jam adjudicatam, apud generalem commissarium sua authoritate liberavit et in suas alvos constituit.

p.310. Hoc itidem anno et sequentibus, aliquot milites præsidiarii Erfurtenses Eichsfeldiam, Franconiam, et totam propemodum Thuringiam suis excursionibus sub contributionem redegerunt, expilantes singula, villas, domos quæ comburentes, captivos abducentes ominaque violentiam inferentes nolentibus contribuere: unde et subditos Rev^mi et illustrissimi Principis Episcopi Herbipolensis, Francisci ab Hatzfeld, durissime tractarunt. Fraudens autem Episcopus Priorem plurimum valere apud Gubernatorem modo nobilem, Dominum Casparum ab Hermes, eundem humaniter ad aulam suam invitavit; qui illuc profectus in Decembri, et benevole exceptus, rediit cum potestate plena contrahendi cum dicto Gubernatore, de certa certis quotis a subditis illius mensibus singulis contribuenda, quo ipsi excursiones ab executione militari, tutius in suis casulis residere et agriculturæ cæterisque operibus rusticationis liberius vacare possent; quin etiam lytro ab eodem accepto quosdam subditorum e captivitate Erfurtensi redemit. —

Anno 1641.

-1641.-

Anno 1641, 12a Maii, Prior iterum per proprium tubicinem, vocatus Herbipolim, eodem cum renia Gubernatoris profectus fuit 8 o julii, reversus 3a augusti cum potestate nova conveniendi gubernatorem, praedictum, propter exactas contributiones 4000 florenorum.

f.311. 18a octobris, Prior contractum iniit cum D. Barbara Walterin, vidua Domini Ludo-phi Preiss, ut loco 300 florenorum, quos maritus illius anno 1618, 18 augusti domini testamento legaverat, ipsa post obitum suum, quia modo propter continuos bellorum incursus solvendo non fuerat, nobis cederet duos agros adspertinentes ante portam Ste Thomae, additis 85 florenis. —

Anno 1642, in Maio, Prior vicas habuit cum Domino Dresano Proctore et praefecto aquarum. Cum enim, anno 1635, patribus a carthusia extorribus, ab administratore senatus (qui tum temporis monasterio cum omnibus proventibus ac commodis potiebatur), 15a augusti in molendino nostro trabs nova (germanica, ein Flachbaum) posita fuisset, eamque ex more Proctor et Assessores scabinique Moguntini judicii (quod a succisis modo vocabatur) cum baculo debitis que caeremoniis lustrassent, administrator omnia juxta pristinum solitum prandia excepto, quod quia infra 50 aut 60 flor. praestari non poterat, nec media quibus pararetur ad manus, Doctor Rennemannus, hecorum Proctor et Magister Fridericus Schaderthall urbis praefectus, rati parum in commessatione situm esse, nec illam de substantia juris, ultronee illi assignarunt. Sed accidit, ut reductis patribus in carthusiam, post acceptationem conclusae

f.312. pacis Pragensis; Dominus Thomas Henricus Freundt signifer urbis et aquarum praefectus, cum in decembri anno 1636 excubias ageret in hac domo, Patrem Arnoldum priorem, occasione dis cursus hujus prandii commoneret, quis ab illo responderetur, at qui trabem petuisset, prandium, quoque exhiberet, si eque hoc responso ipse et quotquot illud post hunc petissent repellerentur ita ut totum quasi aquis oblivionis immensum videretur, quod defuncto eodem Patre illique substituto Patre Vito, famulus officii aquarum illud iterum explicare niteretur, qui tamen eodem, quo praedecessores, responso clusus fuit: adeo ut successive novi praefecti aquarum electi et confirmati, hanc commessationem velut indebitam, minime exigerentes, nullibi usi ipsius quasi proscripsisse videantur ulli nec anno 1639, vel sequenti ulla ejus habita mentio, quo ad anno 1641, Dominus Dresanus Proctor, hanc iterato per suum cursorem requirens, justo titulo a Patre Vito repudiaretur, quia

quia nec patres nostri, quando trabs posita, usum fructum molendini habuissent, nec ipse Prator illo tempore in officio, et hoc a hi eorum judicibus ultro condanata fuisset. Excusavit quidem postea Prator suum hoc petitum, quasi ob nobile virum Franconicum

f. 313. quo Priorem scivisse et condonatum, attentatarum fuisset, quia vero officialem se probaret, cogi non posse, quod ipse fateretur, non priorem, sed senatum, ad prandium illud exhibendum, obligari, quare nec amplius ullam illius posthac futuram mentionem, sed non stetit verbis suis, siquidem, in cana Domini anno 1642, denuo minatum Priori fuit a famulo judicii, nisi prandium exhiberet, repagula (die Schutzbretter) in molendino a prosectis aquarum suffigenda forent, cui tamen ille respondit, se ad nihil teneri et audendi prosectorum excedere potestatem.

29 Aprilis, Rursus cursor aliis nunciavit priori, prosectos circa prandium, repagula affixuros, nec praetorem, cui istud factum iniquum, videretur, impedire ipsum posse: Ad quem prior, quod prosectis haec non licerent absque praescitu Praetoris cum supremi judicis ex parte Archi-Episcopi aquarum Domini: si tamen aliquid molirentur, se pro viribus impediturum. Vix hoc dictum, elapsum, et ecce decem ministri et molitores aliquot cum famulo curiae ad molendinum veniunt, omniaque repagula suffigunt, ita ut penitus nihil moli posset. Fuerat eadem hora Prior a Domino Lindenspremo Lutenantio rogatus coenam capere cum gubernatore, qui cum haec resci-

f. 314. visset, primo per famulum suum rogavit graphiarium civitatis, ut haec impedimenta tollerentur, sed ille protendebat, eadem ignorante senatu oppositum fuisse, et sequenti prosectos aquarum pro illis amovendis interpellasse, qui absque superioris judicis, et potissimum ipsius praetoris licentia haec refigi non posse respondissent: unde ipsum praetorem requirisset, sed nusquam inveniebatur, nec ubi, abi moraretur scire voluerant. Cum ergo prior aliud medium non videret hinc hausit temeratae resistendi, totam rei gestae seriem, et quale damnum exinde proveniret monasterio, quod ex solo molendino jam penitus alteretur, gubernatori recensuit, eundem una rogando, ut per nuncium quendam a praetore peteret repagula amovenda: hic cum ex officialibus suis unum ad eundem misisset, cum reverti non poterat, nisi cum alio, maritè nomine respondebat, praetorem haec non concernere, sed officium aquarum (das unter Wasseramt), cui hoc molitoris responso gubernator nimium exacerbatus, eadem officiato ex tempore mandavit vi militari repagula amoveri, quod etiam factum fuit.

Eodem

Exinde Proctor supra modum succensus priori, eundem passim traduxit in urbe, gtbali
p. 315. Electoris Moguntini jura et suprema regalia violasset ac gubernatorem, adversus
illum, ejusque officiales et judices commoveret, una manum admovendo, quo juris-
dictio ejusdem laederetur. Sed idem paulo post uti supra sigillis et cognita prioris
aestimatione apud Archiepiscopum, palinodiam recantans, gratius fuit secum illo in
gratiam redire potuisse. —

N. 19a Augusti, hic obiit frater Jacobus Gabell, consensus professus hujus domus
ab anno 1606 ipso Stae Michaelis.

Hoc ipso anno Generalis Coes ereub Campi Marschallus Melchior comes ab Hatz-
feldt cum aliquot legionibus equitum, castra metatus fuit duabus abhinc leucis
in pago Ichtershausen, olim canobio monialium ordinis Stae Bernardi, metabaturque
obsidere Erfordiam, sed ob defectum pecuniae re infecta coactus fuit discedere.
Hoc autem temerario hucci proclamato, ut de eo ultionem caperent, totam sylvam com-
itatus Gleichensis, qui Hatzfeldii nuper ultimo stipris Gleichiana defuncto, ab
Electore Moguntino in feudum datus fuerat, succidi et devastari mandarunt, quod
tamen excidium priore intercedente neblatum fuit; unde a dictis comitibus posthac
magni habitus fuit, quorum nomine per triennium etiam stanneae sollicitator illus-
trissimum Duxem Saxo-Gothorum Ernestum (in cujus ditione hic comitatus) pro
p. 316. plenaria horum restitutura, sed parum effecit, quia praeter arcem Gleichensem et
pagum Wandersleben dux feudo Moguntino amplius nihil concedit, unde adhuc
sub judice lis est. —

Anno 1643, 17a Januarii, Illustrissimus Princeps Melchior otto, episcopus
Bambergensis, priorem, literis interpellavit, ut sui nominis subditorum, causam
ageret apud gubernatorem Erfurtensem, pro aequa contributione praestanda, pro
quo triennio stanneae laboravit. —

23a Februarii, Ernestus Dux Gothorum, legationem ad Electorem Moguntinensem, Priori
praemandavit, quam quia meditatur minues prospere successuram, honeste recusavit.

28a Martii, per illustris Baro de Tirnemont, Generalis artilleriae Coes areus prospe-
rus (qui cum nonnullis aliquot Erfurtis captivis detentus fuisset, ut amicitiae mu-
neribus quae domesticis prospiceret, sub bona fide licentiam obtinuerat per Dominum
suos invisendi), scriptis literis prioram rogavit, ut nomine suo tractaret cum
Gubernatore

Gubernatore pro obtinenda sua liberatione, quod etiam praestitit solutis pro ejusdem redemptione 10000 imperialibus.

1a Aprilis, Prior delegatos utriusq. Episcopi Herbipolensis et Bambergensis (quibus collaboraverat in pacis cond. de aequa contributione) Herbipolim usque deduxit, reversus

p.317. eodem, mense, referens ab utroque episcopo intercessionales ad Ducem Wilhelmum Saxo-Vinariensem, pro restitutione obtinenda censuum, super a camera Spirensi nobis adjudicatorum: quibus mediantibus Dux coepit transigere cum Priore, eoque negotium deductum fuit, ut ipse consensum Rdi Patris generalis et Visitatorum provinciae exhiberet, quod ordo fructibus a Duce hactenus praeceptis percipiendisque et sumptibus tot lustra in litem expensis renuntiasset, ac pro eatenus in camera sublatum ostenderet censibus imposterum pacifice fruendum: quo commente 8/15 aug. usti transactio sequens utrinque subscripta et subsignata fuit:

trad. (Nos Wilhelmus Dei gratia Dux de Saxonia, Juliach, Cleve et Berg, Landgravius in Thuringia, Marchio de Meissen, Comes de Mark et Ravensberg, Dominus de Ravenstein. Hisce litteris declaramus et contestamur nostro et hoeredum atque successorum nostrorum, haec quae sequuntur: Cum anno 1573 post obitum avi nostri clementissimi ac dilectissimi beati in Deo quiescentis Celsissimi Principis Domini Johannis Wilhelmi, Ducis de Saxonia etc. pia memoriae antecessore per Principem Electorem, tutelâ consuetudinem pecuniae, frumenti, anserum, gallinarum et cerae in nostro territorio stantes et ad proprietatem carthusiae Ste Salvatoris Erfordiae pertinentes subducti fuerint, ordo supradictus propterea quaerelam super restitutione cum omni causa ad Caesaream Cameram in urbe Spirensi? deduxit. Tandem, 13o decembris 1630 adjudicata restitutione nostri dilecti, venerabilis ac spectabilis Dominus Vitus Herbst, Prior carthusiae Ste Salvatoris Erfordiae, effectationem hujus restitutionis modo debito postulavit.

Nos et Celsissimi Principes dilectissimi Fratres nostri et Consobrini Dominus Albertus; Dominus Ernestus et Dominus Fridericus Wilhelmus, Duces de Saxonia, Juliach, Cleve et Berg etc... nostri in hac re compartiscipes juri nobis concessa revisione utipotissimum; adsumsimus potius cum pro dilecti nostri amicabiliter rem communicare communicare / eorumque exceptiones, judicia et mandata inquirere; qui quidem omnes de revisione desistere et amicam transactionem cum Priore ob. Stature[illegible] ad eoque commemoratus

p.319. prior hodie die 16a hujus mensis, ad factam prius scripto evocationem, non tantum ipse in

in p ersonâ comparuit, s d etiam, ad legitimationem, suae personae datam, a D.o Dilecto et Devoto Fratre Nic.o Schoele, carthusiae cellae s Salvatoris in Lichtelhausen priore et prov.ciae Allemaniae r. i. tatore s cripto pro testatem, transigendi, agendi, paciscendi cum clausulâ rati et grati exhibuit; quo facto per nostros delegatos cancellarios et consiliarios res tota et ex integro pro perpetuis temporibus transacta et compositata fuit eo quo sequitur tenore,

Nimirum: Supplex commemoratus Prior r. i. nae protestatis concessit, promisit et addixit, ut omnes et singuli usufructus perpetuorum, censuum, quir. el de facto jam collecti sunt r. el qui potuissent haberi, quae exigi, simul cum omnibus factis expensis, ex integro sint dimissi, ita et nec Nos nec nostri comparticeps, nec nostri eorumque dilecti hoc redes et successores hac de re unquam in jus r. o cariposterum. Et quoniam omnes, qui in
p.320. nostra ditione censues, quocunque nomine appellantur, possident iisque fruuntur, nobis ex tot territorii principis ut et alii status ordinaria r. extraordinaria pro debito reddunt et solvunt; ita et Prior quemadmodum ceteri clerici et religiosi, qui in nostro territorio census possident, promisit et se actuum. Immediate antea noster procurator in Brambach, Christophorus Schlichter, hos census ex conducto possidit, quorum aliquam partem, ex praeterito anno censitis adhuc reddere tenebatur. Cum vero in his malignis temporibus ut cunque facere impossibile sit, Prior se resolvit, ut salvâ suâ censuum exactione, in tantum cedere velit, ut quotiescunque ipse ab aliquo censito quicunque partes accipiat, supranominatus Schlichter sextam partem sibi assumat, quousque sibi satisfactum fuerit, neque eum in hoc conventus unquam impediat.
p.321. Tandem prior pro se et conventualibus carthusiae Ste Salvatoris Ecclesiae non tantum renuntiat omnibus juridicis processibus et reclamationibus cujuscunque nominis, sed etiam promisit se infratres menses pro hac transactione tam testimonium debitum a Caesarea Camera judiciaria, quam ratificationem a Provinciali et Generali ordinis Cartusiensis in optimâ juridicâ formâ, procuraturum cum renuntiatione omnium in hac re juridicum, revocatorium, et ecclesiasticorum, et accedentium, procuratorum, atque tractatorum. - Actum ut supra, et Nos et dilecti nostri Fratres et consocii nostri eorumque haeredes et successores volumus, ut supramemoratus Prior et ejus Herbst et ejus ordinis Cartusiae Ste Salvatoris Ecclesiae sint in r. ea possessione et usufructus sequentium censuum: Nimirum:

- 46 flor. 8 gr. 3 n. d. ex pecunia: (sec. g. em. signif.)

44 flor. 10 gr. 5 1/2 n. & ad Gross Brembach. — 15 gr. 9 ₰ 1 hs. Klein Brembach.
1 flor. 3 gr. Vogelsberg. —

p. 322 uts. — 34 et 1/2 quadrans, Ansoras, scilicet 9 et 2 1/2 quadrans, Gross Brembach;
24 1/2 ansoras, Klein Brembach. —

uts. — 161 gallinae de Michaelis dictae, scilicet: 106 et 1/2 quadrans, Gross Brembach
56 et 2 1/2 quadrans, Klein Brembach; 4 1/2 tt caese, Gross Brembach. —
34 Mald. 2 quadr. 2 quadrantis quadr. 1 hford matz frumenti, scilicet:
23 mald. 2 quadr. 1 quadrantis quadr. 1 hford. matz, Gross Brembach;
10 Mald. 1 quadrantis quadr., Klein Brembach. — 1 Mald. Olbers-leben.

uts. — 29 Mald. 3 quadr. 3 quadrantis quadr. hordei, scilicet: 21 mald. 1 quadr.
2 quadrantis quadr. Gross Brembach; 8 mald. 2 quadr. 1 quadrantis quadr. Klein Brembach.

uts. — 3 mald. 2 1/2 quadr. 3 hford. matzen, 3 Weimari quadr. ansae, scilicet:
p. 323. 1 mald. 1/2 quadr. 3 hford. Matzen, 3 Weim. quadr. — Gross Brembach.
1 1/2 mald. — Klein Brembach. 1 mald. — olbersleben. —

uts.

Quae omnia justa censuum indicem, et vi hujus restituta et constituta volumus
in optimâ juris forma; simul etiam per nostros officiales cartusianorum
censitos assignari volumus et ex benignitate nos paratos profitemur ad eum
et cartusiam, servatis nimirum pactis et concessis conditionibus, nostra auctori-
p. 324. -tate tuendum et defendendum. Quod si vero ipse ad haec adhuc quaedam jura
invenerit, volumus ipsi ad ea obtinenda per officiales nostros quam primum
auxilium nostrum praestare. In publicum testimonium hujus etc....
Datum Weimarii die 15a Augusti, Anno 1643). — had. —

Wilhelmus (L.S.) Frater Vitus Herbst, Prior carthusiae (L.S.)

Hanc transactionem ratam habuit Ven. Pater Michael Bender, Prior in
Buchholzhausen et visitator sub tali schemate:

Illustrissime Princeps, Domine clementissime! — Transactionem perpetuis
temporibus duraturam, quam Illustrissima tua Celsitudo cum venerabili Patre
Vito Herbst, carthusiae Montis St. Salvatoris Erfordiae priore, causa censuum
in utroque Brembach et Olbersleben gratiosissime iniit, non modo ratam et
gratam habeo, prout antique scripto, renuntiatis omnibus juris beneficiis in
Contrarium

contrariùm servientibus, in quantum possum et ex officio debeo, approbo ac confirmo, rerum etiam Illustrissimæ suæ Celsitudini gratias humillimè ago, eâdemque oblationem donum, magis, quam restitutionem, arbitrans, quod divina benignitas Illustrissimis Celsitudinibus, Illustrissimis eorum liberis, fratribus pariter et cognatis, omnibus Illustrissimis similiter Principibus larga benedictione cumulatissimè refundere, nobisque illos diu incolumes et gratiosos servare dignetur. Cuique hoc illustre Domus Saxonicæ memoriale singulare et perenne in toto ordine carthusiano, omnium nostrum, quamvis exilium vocibus prædicandum et precibus ac obsequiis demerendum: In cujus agnitionem, renunciationis item ac ratificationis testimonium, præsentem paginam exaravi. Actum in carthusia Cellæ Salutis in Buckelhausen, 1ª octobris, Anno 1643.

(L.S) Fr. Michael, Prior, ut supra, et provinciæ Alemaniæ inferioris Visitator. —

Eandem confirmavit admodum Rdus Pater Leo Lixier, Generalis nostri ordinis, hoc tempore Illustrissimo Principi ac Domino Domino Wilhelmo, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ et Montium Duci, Thuringiæ Lantgravio, Marchioni Misniæ etc.. Fr. Leo humilis Prior domus Majoris Carthusiæ totiusque ordinis carthusiensis Minister Generalis et ceteri Diffinitores capituli generalis, honorem et felicitatem.

Illustrissime Princeps, Domine clementissime: Ex relatione dilecti confratris nostri Michaelis Prioris Cellæ salutis in Buckelhausen, et Domorum, ordinis provinciæ inferioris Alemaniæ visitatoris, didicimus Illustrissimam suam Celsitudinem cum Ven. f.386. Fratre nostro Vito Herbst, carthusiæ Montis Ste Salvatoris Esfordiæ Priore, ratione censuum, in majore et minore Brembach et Oberalben sui territorii locis ab illustrissimis majoribus suis anno 1573 detentorum, transactionem iniisse restitutionemque 15ª augusti Anno 1643, præteritæ perpetuo (prout in litteris compositionis et restitutionis desuper confectis et roboratis fusius continetur), duraturam, de quibus debite congratiamur, gratiosissimè facisse: supplicatumque est nobis tam a patre visitatore nominato, quam Prioris dictæ Domus Ste Salvatoris, ut protestata ordinaria tractata confirmare dignaremur: Nos porro nihil magis quam quietem et prosperitatem Domorum nostrarum, in utroque statu desiderantes et procurare cupientes, de omnibus legitimè informati et certificati, petitioni eorum, ut æquitati consonæ, libenter annuimus. Auctoritate itaque capituli nostri Generalis, cui acta præsentium tenore præsentium, quicquid sua Illustrissima Celsitudo cum præfato Priore Montis Ste Salvatoris sicut

sicut præmittitur duraturum, egit et transegit, gratum et ratum habemus, ac in optima juris forma confirmatum volumus et confirmamus: renuntiantes non solum omnibus juribus beneficiis in contrarium servientibus, sed etiam, lite hucusque in camera imperiali Spiræ propterea hærente: ita quod neque per nos, nec nostros
p.327. officiales, vel quascunque alias interpositas personas, aliquam Illustrem Celsitudinem, Illustres liberos et hæredes ullam quæredam, causam et actionem, ratione horum censuum, taliter in perpetuum restituendorum, fructuum inde percipiendorum et remittendorum impensarum, directe aut indirecte unquam habere vel movere aut possimus. In cujus fidem et testimonium præsentem paginam exarari fecimus cique sigillum nostrum consuetum impressimus, manibusque propriis subscripsimus. Factum in Majori Carthusia 25a Aprilis, Anno 1644, Capitulo nostro generali ibidem sedente.

Fr. Leo Prior Carthusiæ et Generalis Ordinis. - Fr. Simon de Byllé, scriba Rdi Patris et Capituli generalis. -

Porro restitutionis executio facta fuit in majori Brembach hoc ipso anno (1643) 31 augusti, sub formâ sequentî; L.V. a Domino Thoma Raspe, profacto Brembacensi:
trad. - (Ad notitiam: Celsissimus Princeps et Dominus, Dominus Wilhelmus, Dux Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ et Montium, Thuringiæ Landgravius, Marchio Misniæ etc... facta communicatione et concessione cum et a Celsissimis Principibus et Dominis fratribus
p.328. et consobrinis, Dominis Albrechto, D. Ernesto et D. Friderico Wilhelmo, Ducibus Saxoniæ etc. lineæ de Eisenach, Gotæ et Altenburg, tanquam comparticipibus universis facta in urbe Weimar 15a hujus mensis augusti trans actionem inita cum actuali Priore Carthusiæ Ste Salvatoris Erfordiæ et frumenti pecuniæque censuis et tributariis in gross Brembach, Klein Brembach, Ollersleben et Voldag, quæ census carthusienses vocantur et anno 1573 subducti fuerunt, iterum restituit, mihique sub dato 16a hujus gratissime mandavit, ut supradicto Domino Priori vel cui delegato certas de ea constituatur, quo censita exhibita debita specificatione seu census indice de facto ipsi attribuantur. - Ad mandatum gratissimi Principis hodiernus dies assignatus
p.329. et constitutus fuit, quo Dominis Prioris delegatus Dominus Adam Hahn, officialis publicus monasterii Ste Severi et Johannes Reuter cum plenâ potestate comparuerunt; et licet omnes et singuli constiti citati et convocati fuerint, tamen ex

Klein

Klein Brembach, Roilsberg et Oberlaben, forte quia censitis jam defunctis, et arva deserta, nemo, ex Gross Brembach vero quotquot superstites sunt, omnes citationi obedientes comparuerunt, et publicato Celsissimi Principis mandato, omnes et singuli censitis tum absentes tum presentes, sicuti in indice assignati sunt, prodicto Domino Priori usque Cartusiæ Stæ Salvatoris Erfordiæ adscripti fuerunt, ita ut censitis ex mâ parte supradictæ Cartusiæ quotvis anno, statuto tempore, debitos census solvant, et quidem primâ vice sequenti die Stæ Michaelis; eandemque Cartusiam censuum Dominum agnoscant, et vicissim, delegatis loco sui Domini principalis juridicis juraverunt, se supramemoratum Principem Celsissimum ob census prædictos ut Dominum territorialem suum agnoscere ac venerari, et eo quo alii status territorii et subditi faciunt, in futuro rectigalia omnia de talibus censibus sedulo contributuros. In publicum testimonium hujus hic recessus scripto excerptus et supradictorum delegatorum, et meo utpote hujus temporis decalis Saxonicæ prosectæ in prosecturâ Brembach ordinario sigillo et subscriptione munitus et ad executionem traditus est. Actum in Gross Brembach 31a augusti, Anno 1643.)

13a Octobris, cum prior fuisset Herbipoli, duce Saxo Vinariensis eundem rogavit, ut nomine suo conveniret Episcopum Loci pro debito quodam utrinque permutando missa cum in finem plena instructione.

29a Decembris. — Hic status fuit ad aulam, ab Eminentissimo Electore Moguntino pro quodam consilio in causa quadam cognoscendo.

Anno 1644, 5a octobris, Iterato transegit cum Gubernatore Erfurtensi propter tributa prendenda a territorio Bambergensi, rogatus ab illius Episcopo, ut et ultima Decembris ex parte Episcopi Herbipolensis prosequendæ dictione staret. —

f.331. — Anno 1645, 22 Martii, Legatus missus fuit Herbipolim a Duce Vinariensi, ut cum Episcopo de modis conveniret, quibus oppida Meinungen et Massfeldt in comitatu Hennenbergensi eximerentur a præsidio militari Cæsareo, et posthac ab utraque parte libera forent: redit in fine Maii. —

15a Maii, presentis anni, obtinuerat admodum Rdus Pater Leone, ordinis Generalis, licentiam vendendi agros in Salza et prædium in Graffentonna, quam paulo ante concesserat Ven. Pater Michael Bender, prior in Reckelhausen et visitator; id domui optime prior ibem fuit, similibus vendationibus successum non consecutis, quando

nec

nec ipsa pecunia benefuisset impensa.

1a Septembris, Dux Saxo Vinariensis arcana quædam consilia communicaturus cum priore, ejusdem præsentiam desideravit, ad quem ipse cum rheda et tubicine Vinient, denuo legationem suscepit primo ad episcopum Herbipolensem propter evacuationem Meiningen: exinde ad Serenissimum Archiducem Leopoldum, ut nobilissimam Thuringiæ Baliviam, ex obitu Alberti Ducis Saxo-Vinariensis vacantem, ejus filio solicitaret. —

14a Septembris, Herbipoli discedens cum rheda et insigni comitatu abiit in Austriam, conventurus Imperatorem, quem Lintzii interpellaturus pro diucendis præsidiis in Meiningen et Massfeldt ab eodem remissus fuit ad Serenissimum Archiducem, utpote cui hoc temporis commissa fuerat dispositio rei militaris
p.338. in Germania. Hoc occasione cum Cæsari narrarentur beneficia suis captivis exhibita a priore multotiès exhibita, ita quidem rescriptum dedit:

trad:-(A Romanâ Cæsareâ Majestate Clementissimo nostro Domino. - Fratri Vito Herbst Priori Carthusiæ Erfordensis indicandum; Clementissimam suam Majestatem Cæsaream doctam et certiorem factam esse, quam officiosam voluntatem et fidelem operam ipse erga Cæsareos milites ab hoste captos exhibuerit et adhuc cum multis expensis exhibeat. Quod cum suæ Cæsareæ Majestati peracceptum sit, vult vicissim sua Majestas hanc officiosam fidelitatem non tantum cum Cæsareâ gratiâ agnoscere, sed etiam statuere, ut ii militum profecti, pro quibus expostulatam pensionem solvere debuit, impensas illas restituere teneantur. Quapropter supradictus prior ipse computos assignet, ut recompensatio fiat,
p.339. ipsique hinc Cæs. Majestas in perpetuis gratiis addictus maneat. Signatum Lincii sub secreto sigillo die 11a octobris 1645.

Ferdinandus. Comes Kurtz (I.S.) Wilhelmus Schröder. -)trad.

Quia vero Prior minus aquum petierat, nihil impetravit. Expeditis quæ sibi commissa fuerant apud Cæsarem, Lintzio discessit. -

12a Novembris; Iter arripiens versus Bohemiam in Taromirs, ubi Suecorum Generalis Torstensonius castra metatus erat, cum quo postea quam conventisset propter tributa pendenda ab utroque Episcopo Herbipolensi et Bambergensi; obiit 18no nov. Pragæ, inde 19a ejusdem per Egram, redeuns Herbipolim, unde paullo post reversus fuit

fuit Ephordiam, habens undique salvum conductum a Generalibus Campi-Mareschallis, Domino Rudolpho de Collaldo, regni Bohemiæ gubernatore, et Domino Leonardo Torstensonio. —

1a Decembris, Rdus Pater N. Gans, Societatis Jesu, Cæsari a confessionibus, Pioren pro Imperatore literis interpellavit, quatenus vellet tacite a Nobile Domino Alexandro Erskein, regni hujus consiliario bellico et hujusce Residente, amico suo speciali, explorare, quibus modis hujus pacem cuperent inire, et num sericis ejusdem dare dari tolerentur. —

Anno 1646, 24a Januarii, Ex commissione Episcopi Herbipolensis cum celebri comitatu vectus fuit Lipsiam, pro pacis condis contributionibus cum Generali Torstensonio, cui etiam nomine Episcopi aliquot plaustra vini præsentavit, et ab eodem eximie remuneratus, inter alia obtinuit, ut domus hæc nostra cum omnibus suis bonis speciali diplomate in protectionem coronæ suedicæ sub capta, et liberata fuerit ab omnibus exactionibus, contributionibus ac oneribus militaribus quocunque titulo prætensis. Redivit Hujusdem in Februario. Dum Lipsiæ moram ageret officiales quosdam bellicos e captivitate redemit, pro quo beneficio Generalis Hatzfeldius illi per epistolam gratias egit 10 Martii, paratus nummos ea de causa expositos restituere.

p.334.

In Maio, reversus Herbipoli cum tribus curribus vini omnes Generali Torstensonio offerendis abiit Lipsiam, quibus vice Episcopi præsentatis, cum ejusdem Generalis comitiva rediit. —

In Junio, Herum contrexit cum Gubernatore de tributis ab utroque Episcopo pendendis, usus amborum plena contrahendi facultate sibi concessa. Posthæc profectus Herbipolim, et exoptatus reversus in Augusto, iterum in octobri eodem præsertim, inde ab utroque Episcopo missus Augustam Vindelicorum ad excellentissimum hujus Generalem Wrangelium propter contributiones.

Anno 1647. — in Junio, altera vice ad hujusce profectum Generalem nomine utriusque Episcopi eandemque ob causam, reversus Hujusdem in Silesia Augustæ, in propria rheda Principis Herbipolensis totis langueus et deficiens: tandem in ipsis doloribus exoratus ab Episcopo rogatusque accelerare iter, cum moram haberet ob adversam valetudinem, Procul proficisci vetuere, sicque omnibus diuudantibus

p.335.

ipso

ipso etiam medico, in novembri ab üt Herbipolim, cumq; in aula Episcopi graviter decumbentem, magnos passionis assoris exureret, dum mixtum, phlegmate sanguinem, spueret, tandem in aula, inter aulicos expiravit anno 1647, 27 decembris, Posteraq; die honorifice sepultus in carthusia Horti Angelorum H. erbipoli. Ut ipso momento omnis recordatio laborum et beneficiorum diversis magnatibus ab ipso exhibitorum, mortua et consepulta fuit. Haec mercesmundi. - O quam difficile monachum esse, et aulae deservire! Undis erutus samus est piscis, non ut sibi vivat, sed ut alios pascat. Vocamur, allicimus, sed ut vivamus aliis, moriamur nobis. Vere hic venerabilis Pater vocatus, allectus ut aliis viveret, multis curarum tumultibus pressus, plurimis negotiorum saecularium perplexionibus innodatus, dies loquendo, commessando, noctes consiliando, dimidians, ipsum tandem destruxit et valetudinem lassit. Hic venerabilis Pater initio sui regiminis, cellarium mensas, sedilia, lectos et si quid vetusti aut detriti in iis repertisset, deplorare ignoranter exuri permisit; carcerem conversorum, in securi et deiecit, casulas et ornamenta eccles. margaritis unionibusque spoliavit; nulli spe his omnibus meliora ornatioraque procurandi: qui sane si profectui domus voluisset consultum, non his ea praestantiora tantum procurare, sed eandem tadem in statum reducere potuisset, ut ejus dem alter quasi fundator jam nominaretur; cum ab Episcopis, Ducibus, Principibus, Comitibus aliisque magnatibus, quorum, vel ad quos, legatione defunctus fuit facilitates quascunque libertates, privilegia, exemptiones, praeter donaria et offerta, quibus ipse remuneratus fuit, valuisset impetrare. -

p.336.

45us. - D. Franciscus Herbst. -

Defuncto Patre vito cum domus haec iterum praesentissimo versaretur in periculo nisi eidem talis Prior praefecitur qui haereticis et acatholicis hujus temporis dominantibus gratus existeret; venerabiles visitatores materias consilio praehabito, ven. Patrem Franciscum, praedecessoris fratrem uterinum, professum domus Pontis B.mae Mariae in Ostheim, et priorem in Grunaw, eodem allegavernnt; quem tamen haeresi negotiaquam admisissent, si absque commendatitiis Eminentissimi Electoris et Archi-Episcopi Moguntini, itaque Episcopi Herbipolensis advenisset. Hic ven. Pater quemadmodum antecessoris sui uterinus, ita moribus et gratia conversationis haud

dissimilis

46. 10 juillet 1638 – 1647, 27 dec. D. Vite Herbst. –

Herbipolensis, professus Erfordiæ 1621, 8 Sept., y fut procureur, puis procureur à Ilmbach 1630 et Rector jusqu'à 1635 ch. – puis prieur de Gruenau 1635-1638. – Arrive à Erfurt le 10 juillet 1638 et commença à gouverner le 16 Aout ch. 1639. D. Vitum Herbst super annum ex commissione R.di Patris a P. Visitatore in priorem P. Erfordiæ institutum confirmamus. – ch. 1640 D. Patrum Blattay professum P. Erfordiæ instituimus in Rectorem P. in Ilmbach. – obit Rector ch. 1665, ch. 1648. obiit D. Vitus Herbst profus et prior P. Erfordiæ (alias Rector P. in Ilmbach et prior P. in Gruenau). ch. 1652 ob. D. Vitus Herbst profus et prior P. Erfordiæ cujus obitus dictum fuit venantiatus, sed non missa de B.a M.a, quam habuit per totum ordinem. – La mort a eu 27 déc.: « D. Vitus Herbst profus et prior hujus P. – »

47. Janv. 1648 – 1650 ch. D. François Herbst. –

Frère du précédent, profès d'Asthaim et prieur de Gruenau depuis 1640. – D. Jean Lottay dit qu'il obtint un passe port pour Erfurt le 9 janv. 1648, par conséquent fut nommé peu après la mort de D. Vite. –

ch. 1648. D. Franciscus Herbst professum P. in Asthaim, in priorem P. Erfordiæ de speciali licentia R.di Patris a P. Visitatore institutum confirmamus, quem hortamur ut fortiter pro dec. pars et prudenter angustias P. huic subjectas meliorem et pacationem temporum, Deus det et donavet. – au chap. de 1650. D. François fut transféré à Waldsassen, où il est mort en 1663. –

ch. 1664. obiit D. Franciscus Herbst profus P. in Asthaim, prior P. Waldsassensis, alias prior P. Erfordiæ (et P. in Gruenau oublié).

48. ch. 1650 – 1653 ch. D. Laurent Wartenberger. –

« D. Laurentius Wartenberger per chartam capitularem 1650 institutus, venit ad demum 17 julii (D. Jean Lottay dit 10 juillet) ~~1650~~ et 1653 in priorem Carthusiæ in Ratisbona institutus. » Liste des religieux de la chron. de D. Jean Arnold.

ch. 1652. Priorem P. Erfordiæ in Domino hortamur ut suscepturn laborem restituendæ P., pro dec. et Ordinis honore, non remittat. D. Donavet. –

absimilis fuit, studuitque sequi vestigia fratris sui. —

f.337. Anno 1648, 9a Januarii, obtinuit sub-conductum a Domino Casparo Ermes, gubernatore, quod cum quibusdam licentia posset redire Erfurtum, cum tubicine et satellitio Electoris Moguntini.

Anno 1649, 1a Februarii, 75 equites Suecorum una nocte hospitarunt in carthusia, quibus Prior alimenta necessaria prebere coactus fuit.

13a Augusti, Duces Vinariensis contra fidem, datam iterum spoliarunt carthusianos, censibus anno 1643 restitutis, proferentes vi instrumenti pacis anno 1648, 24 octobris Monasterii Westphaliæ publicati sibi illos competere: obtinuerat quidem prior ab Archiepiscopo Moguntino intercessionales ad Duces pro restitutione, sed nihil profuere.

Hoc ipso anno communitas Lomensis cepit molestare domum nostram, exigendo contributiones ab anno 1644 praeteritas, summam circiter 300 florenorum, voluitque immittere in bona nostra Lomensia, nisi præstaremus quod petebat: cui cum Prior strenue se opponeret, propter libertatem bonorum hactenus nunquam turbatam; hoc eadem communitas quærulando consiliariis comitum Waldecensium hoc tempore Lomæ existentibus, nobis minime auditis, illud impetravit, ut quidem Lomæ receptum esset rusticis octo grossos solventibus, liberi darent quinque, ut ad idem præstandum nos
f.338. cogeremur, quo ad possessionem libertatis nostræ | planius probaremus. Sed opportune accidit eodem tempore hac in urbe præsentes fuisse spectabiles Cæsaris et Electoris Moguntini delegatos, præcipue perillustrem Baronem Dominum Gerhardum a Walden-burg, aulæ Moguntinæ supremum præfectum, et Dominum Wemerum ab Emmerich I. V. D. Imperialis Cameræ Spirensis fiscalem: horum siquidem Prior consilio sedando, ab ipso etiam Barone intercessionales ad dictos consiliarios impetravit, quibus mediantibus anno 1650, 23a Martii, eosdem conveniens, negotium hoc eo deduxit ut excessui parcentes, ipsum singulari benevolentia fuerint complexati.

Anno 1650, 16 Martii, Prior rogatus Lomam iumore cum Domino Schlangenfeld in ædibus ad Borem, aliis recedentibus cum ipse diutius mansisset, scriba noster Thomas Jacobus Kuchenmeister præstolans heri sui abitum, rixa suborta a Suecis duo lethalia vulnera innocens accepit, quibus ingravescentibus paulo post 31a Martii devote obiit.

Eundem cum Patrem Franciscum, tenderet hujus loci, ob omnium ferme rerum

in ea

ch. 1653. Priori Dⁱ Erfordiæ alibi instituto stricte, et providenti visitatores de prioratu... præficimus in priorem dicti D. (Ratisbonæ) D. Laurentium Wartenbergar propterea a prioratu Dⁱ Erfordiæ absolutum; at prior absolutus (D. Hugo Stichar, præpositus d'Altheim) erat ad tempus Erfordiæ. — N'eut pas le temps d'aller à Erfurt, car il est mort à Ratisbonne le 2 juin de la même année 1653. Le chap. avait eu lieu le 12 mai et jours suivants. —

ch. 1668. elect. D. Laurentius Wartenbergar profus in Gammio, alias prior Tamorum, Waldiccensis (1647 ou 8 - 1650), Erfordiæ (1650-53.) Ratisbonæ (1653-57.) et in Smals (1657-1659.) ob. 1ª julii 1667. —

in co penuriam et indigentiam, instanter a R^do Patre Generali petiit absolvi et remitti fuit pro sua reverentia, jussus a Capitulo generali Prioris munere defungi in nova Carthusia Weldicensi prope Gitschinum in Bohemia, in qua olim procuratorem egisset: Discessit Erphordia 25^a Julii. —

p.339. 46^us. — D. Laurentius Wartemberger. — (a)

Fuit hic venerabilis Pater, nigenus spectes, ex praenobili Bohemorum stirpe oriundus, quondam Cathedralis ecclesiae Halberstadiensis Canonicus et presbiter, si ingenium et cautheras animi dotes, vir fuit doctissimus, variarum linguarum adeptus peritiam ex peregrinatis diversis mundi partibus; moribus gravis, ergo divinum officium, zelosus, professus domus Gemnicensis in Austria: defuncto Patre Wilhelmo ab Ortenburg, majoris Carthusiae professo et priore domus Weldicensis in locum illius subrogatus anno 1648. Cum se nobilibus huic domui vicinis accommodare non posset, solicite institit pro absolutione: quare Visitatores utriusque Alemaniae, cum in Capitulo generali convenissent, communicatis inter se hujus et prioris Erfurtensis postulatis, suasere definitoribus vicissitudinariam officiorum commutationem. Itaque Ven. Pater Laurentius 10^a Julii Erphordiae appulsus, sedulam suscepit curam hujus domus, ante omnia indefesse laborando, ut census super ablatos iterum recuperare posset; utque certius sciret se in supero pacis instrumento fundatam, fictis nominibus statu causae nostrae proposito, collegii juridici universitatis Tehmensis, itemque
p.340. facultatis) juridicae Herbipolensis judicia expetivit, tum diversorum juris consultorum, quibus jus notissimum et pacis instrumentum propè cognitum erat, sententias indagatus fuit, qui omnes pro Carthusiâ definierunt. —

Anno 1656, 23^a Julii, Generalissimus Saxonum venit Erfordiam, pro evacuanda militiâ; qui a civibus ac militibus solemnissime excipitur. 3^a augusti hunc subsecutus fuit excellentissimus Comes de la Gron, missus a Caesare pro deducendis hucis.

4^a Augusti, Generalissimus valete celebravit in horto bliorum, et concertationem equitum, (das Ringelrennen) in nostro hypeleto, totaque nocte tormenta explosa fuere bina quaterna simul.

9^a Augusti, sub vesperum hucis emigrarunt Erphordiâ, duo ex rebellantibus suspensi

(a). — Lettre de Laurent Wartenberger demandant à être admis dans notre ordre.

(adressée probablement au Prieur d'Ittingen.)

Salutem et inconcussam perpetuam.

Multum venerabilis in Christo Pater ac Domine Prior, reliquumque religiosissimum Collegium,

Postquam placuit ei, qui me segregavit ab utero matris meæ, spinetis hæreticorum selectum, fœcundissimæ Matris Ecclesiæ viridariis oleastrum, olivæ inserere; nihil hac cura antiquius habui, quam quonam pacto tanti beneficii muneri gratitudinis respondeam argumento, peremes que tantæ benignitati, quæ tot alias omni non sæcli natione, providendi genere, oblationes gratiarum referrem. Circumspicienti autem, et partes omnes trutinanti, non obscurum amplius esse poterat, tale quid in contagioso pravorum, sæcularium, consortio, multiplicique fallacis mundi perversitate minime licere: (quomodo enim licet, cum omnis impietas et culpa publicæ proscriptionis edicto exulare cogatur, et jam, proh dolor, in summo rerum turbine usque adeo quæ cuncta ferantur?) nil quicquam opportunius succurrebat, quam, procellosam immundissimi mundi malignitatem declinare, et in portum hanc illitatis securissimum, Religiosorum semper, et maxime Carthusiensium (quorum hæc solæ partes et munera sunt), contubernium me recipere. Quem pie mentis adorem, quo propitium ille Deus benigna sua secundaret et promoveret gratia, difficillimo hoc tempore, quo ob nimiæ vastæ vehementiam, umbracula petere cuncti solent, in urbem, ubi torrentissimus exis, divamque Lauretanam, peregrinationem suscepta, votis ardentibus æternum Numen sollicitavi. Non etenim me latebat, quam nullius sit felix conatus et utilis unquam, consilium si non detque jus etque. Et ecce, ô nunquam tarda ad pii cordis gemitum divina subsidia! Vix cursum terminare licuit, et ad vos, ô venerandi Patres, locum, quem nullis expetere unquam fuissem, votis, nulla prorsus mea cogitatione; cælestis indulgentia protraxit, et quod magis miror, ad ejus ipsius, cujus olim baptismatis unda nomen contulerat sanctæ patrocinium. Ubi quidem benigna illa susceptio, liberalis hactenus de omnibus providentia, facilisque ad conversationem admissio, in eam spem animum excitant, fore, ut voto hic meo potiri, vobisque subsistere et certaminis palæstram ingredi, continuare, consummareque quam felicissime liceat. — Accedit adhuc insigne

ille

+pensi, 6 obonis omnibus spoliati dimissi fuerunt. Postera die ad 6am vesperti-
+nam, Generalissimus et Dux Wrangelius cum explosione tormentorum abierunt.

31o Septembris, Perillustres, strenui et magnifici Dominj, Dominus Gerhardus Baro
de Waldenburg, dictus Schencken, supremus aulae Moguntinae praefectus, et Vice-Do-
minus Aschaffenburgensis Dominus Petrus Jacobi, consiliarius Bambergensis Do-
minus Johannes Albertus a Wolwarth, consiliarius Wirtenbergensis et director
liberi equestris ordinis, itemque Dominus Philippus Wernerus ab Emmerich,
p.341. F. V. O. fiscalis | generalis: a commissionibus suae Caesareae Majestatis et Emin-
entissimi Electoris Moguntini, compositis inter magistratum et civis dissens-
ionibus, consumptisque ami spatio supra 30000 imperialibus, cum explosione
tormentorum discesserunt. —

29a Septembris, Pater Nicolaus Nother, natione Gallus, majoris carthusiae professus,
pro officio procuratoris huc missus advenit.

18a Octobris, Ven. Patres D. Petrus Kalt, prior Buxiae, et D. Renatus Reich, prior Ast-
heimii, visitatores provinciae, adventantes visitatui hanc domum a 8 amis
propter incommoda bellorum non visitatam, expeditis una die omnibus, postri-
die recesserunt, reducentes patrem Nicolaum, qui quod germanica parum sciret,
ideo domui inutilis fuit judicatus. —

Hoc anno, in Octobri, Prior legatos Imperii ad punctum executionis pacis, ex
capite amnistiae et gravaminum, Norimbergae congregatos solicitavit pro nostra
restitutione; qui 5a novembris commissarios nominarunt illustrissimos Principes
Dominum Joachimum, Abbatem, Fuldensem, et Dominum, Fridericum, Wilhelmum
ducem, Saxo-Altenburgicum, ut illi per suos delegatos statu causae cognito jus-
toque deprehenso, carthusiae nostrae satisfacerent. Sed dux Altenburgicus
commissionem rejudicavit, unde restitutio effectum sortita non fuit. —

p.342. Anno 1651, 15a Aprilis, hora domus in villa nostra Kirchheimensi, quam ante-
cessor pater Franciscus ordinaverat, erecta fuit, sumptuosa nimis pro afflicto
hoc regimine, statu et rusticorum casu; fabro lignario Duntzerat pro hoc opere numera-
tis 160 imperialibus. —

2a Augusti, Prior per epistulam rogitavit a Clero Mariano 131 dalers et 6 grossos,
quos anno 1626 haec domus clero Erfurtensi, et ille creditui cum aliis 2222 flor.
mutuavit.

ille vestræ pietatis ardor, ad mutua charitatis officia promptitudo, ad obediendum sollicita cura, mansuetudo, patientia, in omnibus rebus jucunda mediocritas, quæ publica quidem sunt (: quid autem secretum velabit?) et ut ardorem meum jam ante æstuantem vehementer accendunt, ad imitandumque efficaciter provocant; ita omnem nisi profecto lucis suavitatem injucundam, penitusque acerbam redderent, si a tam sanctorum virorum consortio abstractum vivere oporteret. Nostis autem, Venerandi Patres, et optimæ quidem, destinatos ad prælia milites, ubi promissis velitationibus nonnullis, hinc inde pugnarum umbratilium spectaculis, specimen aliquod futuræ in hostem stramentitis exhibuerunt, quo in lucem productis constituta acie expeditius præliari, ea interruptâ facilius colligi, dextras conjungere et ab adversariis discerni commodius queant, singulum militare, arma imperatoris, quæ signa, tribuni tesseram, alicujus solare. Et mihi quidem vestræ facilitatis velitis velitationibus præmissis ad præliandum contra valentissimos humanæ salutis adversarios parato, licet arma vestrarum orationum nunquam defuturæ confidam, ut tamen promptius stadium ingrediar, stationem defendam, hostilesque impetus retundam, armaturam cælici mihi Imperatoris, vestri instituti tesseram, signa militiæ vestræ, clypeos, galeam, et hastam, perquam necessariam conspicor. Solet enim disparmorum, habitus scilicet, ratio, disparem infirmare voluntatis studium, diversitatemque, sicut similitudo conjunctionem animorum. Neque unquam corvinæ nigredini candentibus cygnorum plumulis recte convenire potest. Quod a Paternitatibus vestris ut impetrare valeam, omnium me humiliter advolutum, pedibus prosterno, per Numen cælitesque et inprimis signiferum earum S. Brunonem obtestans, non velint in eo me desiderio fraudatum, velitis militiæ cælestis ineptum, aut tam egregia conversatione indignum, exauctorare, quin potius armis instructum, præliabatis tyrunculum, arctius sibi conjungere, ad salutis operosissimum negotium, exercendum, cæli (cælo volebam) velitis perfrui benigne concedere: et ita armatum, si quando errare, quod humanum est, contigerit, humaniter paterneque corrigere, titubantem fulcire; cadentem, quod tamen Deus avertat, benignum erigere. Hoc mecum orat pietas, expostulat charitas, quas meæ petitionis comites ad V. Paternitates vestras, me allego, petituras audaciæ et amicius, impetraturas facilius, quod mihi solipetere audacem, obtinere difficillimum futurum, fuisset. Quarum me devotissimis orationibus et benignæ resolutioni humillime resigno: iisdem, in æternum, corpore, anima, benevalere officiosissime imprecans. Venerabilium, Paternitatum vestrarum

humillimus

mutuas erat ad redimendam a comite Merode vexam; sed clerus (11a Augusti) pariter in scriptis respondit, futilibus argumentis rationes priores refutando, et aliquot millia florenorum allegando, quas ipsa loco tributorum pro toto clero exposuisset, quorum pars a Carthusia repeti debebat. Venerunt autem Prior (22a Augusti) superioribus adhuc argumentis easdem has rationes confutavit, torquendo scilicet omne damnum sub primis horum motibus Carthusiae huic illatum in Dominum Silvestrum ut qui patres extra illam apud exteros hospitando, illius praecipua ruinae causa extitisset. Laudem mediante Domino M. Jacobo Blum, scholastico Mariano et hoc tempore Juristarum, scholae decano, reddita nobis fuit pro nostro debito hypotheca, qua eidem scholae ab anno 1600 debebamus annuatim 5 flor. pro 100 florenis capitalibus..

f.343. Anno 1652, Prior post frequentes instantias ex Consulatu Vinariam, assumpto Domino Laurentio Henrici syndico nostro, ibidem comparuit 14a Februarii, ubi Cancellarius et qui deputati a consiliis post varias cum priore concertationes, novissime praesentarunt restitutionem medietatis censuum inhibitorum, ita tamen, ut si futura Comitia producta sententiam ferrant, census percepti reddantur, si vero Carthusia, transactio sub pacto rato inita servaretur; quam inaequalitatem Prior noluit acceptare.-

Hoc anno, feria 2a post Dominicam Palmarum, Duumviri civitatis cum comitatu circiter 18 personarum venerunt ad monasterium exigentes prandium hoc die vetere more iis debitum, quos Prior bonis verbis avertit. Paulo post, feria 2a Paschae, Domini Proconsules (qui alio nomine die Schlossherren vocantur), lustratis moenibus et vallo, cum comitatu propre 30 virorum venientes ad Domum nostram, magna importunitate convivium quoddam, olim quidem ex gratia hoc die illis exhibitum, modo ceu debito postulaverunt, quod cum Prior, ne scilicet debitum concederet, dare recusasset, simul etiam domus inopiam praetendendo, quod non posset, ipsos quae ad patientiam exhortatus fuisset, donec domus ad statum meliorem devenisset. illi hanc repulsam male ferentes ad hortum vicinum abiere, ibique bibendo, commessando diem nocte terminantes, postridie Priori renuntiarunt, liquidem, transactionem praetensam denegasset, se ea quae consumpsissent, expensis omnibus a senatu huic domui

f.344. debitis subtracturos.-

24 Dec.

Humillimus clientulus,

Laurentius Wastenberger Staffeldensis sacerdos. — (sans date) —

(Cette lettre est tirée d'un volumineux manuscrit petit in 4° conservé à Valsainte et venant de la chartreuse d'Ittingen. L'allusion faite au patron de cette dernière, St Laurent, donne à croire que cette lettre a été adressée au Prieur d'Ittingen. — La mise porte sur la 1re page la date de 1628. Après un calendrier viennent 7 sermons de « D. Michael Friz Rottvilanus, professus Ittingae et Prior Carthusiae Ratisponensis » — il y a ensuite des sermons « D. Joannis Eckstain Villingani, prioris Ittingae » — etc. — .) —

49. 10 Juillet 1653 – 1667. ch. D. Jean Lottlay.

Spirensis, fit profession à Cologne le 9 juin 1641, procureur de Fribourg en 1652. — Le catalogue des profès de la chronique de D. Jean Arnold dit: « D. Joan. Lottlay 19 julii a° 1653 in Rectorem hujus d. instituitur et a R.do Patre supra annum in priorem, institutus et confirmatus. D. Jean dit lui même (f. 198) qu'il arriva à Erfurt le 10 juillet 1653. et dans la liste des religieux qui est à la suite de la chronique il est dit « a R.do Patre a° 1653, 17 octobris institutus in priorem. » —

